Universitätsbibliothek Paderborn

# Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus IX. Singularia Festorum Mensis Septembris, qui habet dies XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

Visual Library

# TITULUS IX.

## Singularia Feſtorum Menſis Septembris, qui habet dies XXX.

1. SAncti ÆGIDII Abbat. Simplex. *Col. Alb.* Niſi hodie occurrat fieri de B. V. in Sabbato vel de Dominica, aut Feſto 9. Lectionum, aut alicubi de Die infra Octavam, fit hodie Officium Ritu Simplici de S. Ægidio Abbate in hunc Modum: Ad *Matutinum* dic: Invitatorium, & Hymnus de Communi Confeſſ. non Pontif. Antiphonæ verò, & Pſalmi feriales, ùt in Pſalterio de Feria current. duæ quoque primæ Lect. de Scriptura Feriæ currentis, niſi ponendum ſit Initium Libri Sac. Scriptur. nondum poſitum ex Dominica præcedenti. Lectio 3. propria. Verſus & Reſponſoria poſt 1. & 2. Lectionem (poſt tertiam dic: *Te DEUM laudamus &c.*) & reliqua deinceps dicuntur de Communi Confeſſ. non Pontif. at eô proportionaliter modô, quô ſuprà 26. Auguſti eſt declaratum. In Laudibus fit Commemoratio Ss. XII. Fratrum MM. cum Suffragijs conſuetis Sanctorum, & Precibus Dominicalibus ad Primam. Poſt Laudes Diei, dictô *Benedicamus &c*, omiſſôque verſu *Fidelium animæ &c*, dicitur in Choro unum Nocturnum (Feriæ currenti correſpondens) Officij *Defunctorum*, una cum Laudibus eorumdem.

Missa: *Os Juſti*, ùt in Commun. Abbat. cum *Gloria*, ſine Credo. Orat. 2. *Fidelium*. 3. De Ss. XII. Fratribus MM. niſi placeat dicere ... 7. Orationes, tunc enim Oratio ... eſt de Ss. 12. Fratribus, & penultima *Fidelium*. Præfat. commun. ... verò in *Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis* cantantur duæ Miſſæ conventuales, una (quotidiana) pro Defunctis poſt Primam, aut dictis in Choro Vigilias; Altera de Feſto poſt Sext. ſed in ea Oratio 2. de Ss. 12. Martyribus. 3. *A Cunctis*. *Col. Alb.*

*Veſperæ* (niſi cras ſit Dominica) de S. Stephano Reg. Hungar. & Confeſſ. ùt in 1. Veſperis Confeſſ. non Pontif. in Communi Sanctorum, excepta Oratione propria, quæ in antiquis Breviarijs, & Miſſalibus extat in Feſto S. Bernardi 20. Auguſti. In Hymno: *Iſte Confeſſor* mutatur 3. Verſus, etiam cras. *Col. Alb.*

Si Feſtum Simplex S. Ægidij inci-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cidat in Sabbatum non impedi-
m Offició 9. Lectionum (uti con-
gerat annô 1703.) fit hodie de B.
Maria in Sabbato, dicendô ad Ma-
tutinum Invitatorium & Hymnum
de B.M. ùt ibi. Antiphonas autem,
& Pſalmos feriales: 1. & 2. Lectioné
verò de Scriptura Feriæ current. 3.
de Menſe current. & reliqua, ut ibi:
cum Commemoratione (attamen
ſine Lectione) de S. Ægidio Abbat.
& Ss. 12. Fratribus Mm. ac Suffra-
gijs Sanctorum (omiſsâ eâ, quæ eſt
de B. V.) in *Laudibus*: poſt quas di-
citur tertium Nocturnum & Laudes
Offi. *Defunctorum*: nec non duæ
Miſſæ conventuales hodie in Eccle-
ſijs Collegiatis & Cathedralibus: U-
na pro Defunctis, altera de B. V. in
Sabbato, ut ſuprà, niſi quòd in po-
ſteriore 2. Oratio ſit de S. Ægidio. 3.
de Ss. 12. Fratribus tantùm.

Missæ autem *privata* dic: tunc
de B.V. (ùt in ejusvotivis à Penteco-
ſte uſque ad Advent.) cum *Gloria*,
(ſine *Credo*) & cum hisce 5. Oratio-
nibus: 1. De B. V. 2. De *S.* Ægidio.
3. De Ss. 12. Fratribus Mm. 4. *Fide-
lium.* 5. De S. Spiritû. Præfat. de B.
V. *Et Te in Veneratione. Col. Alb.*

Vesperæ feriales de Sabbato
currente usque ad Capitulum, à Ca-
pitulo autem de Dominica ſequente
in Eccleſia univerſali, ùt ſuô locô,
cum conſuetis Suffragijs Sanctorum
&c. *Col. Vir.* S. Stephanus autem in
craſtinâ Dominicâ occurrens trans-
feratur tunc in Eccleſia univerſali in
Feriam II. ſequentem, aut hâc Feſto
alio 9. Lection. occurrente, aut an-
teriùs translatô, impeditâ, in Diem
aliam proximè non impeditam.

Quando incidit Feſtum *S.* Æ-
gidij in Dominicam per annum, fit
de eo, & Ss. 12. Fratribus Mm. ſo-
lummodo Commemoratio in 1. Ve-
ſperis, Laudibus, ac Miſſa Domini-
cæ, cum 9. Lectione de eodem S.
Ægidio in Officio. *Col. Vir.* Idem
eſt quoad Commemorat. & 9. Le-
ctionem, ſi incidat in Diem infra
Octavam, aut in Feſtum Semidu-
plex, vel Duplex majus, aut minus
per annum. Quòd ſi *S.* Ægidius
incidat in Feſtum Ss. Angelorum
Cuſtodum, ubi id Ritu duplici 2.
Claſſis celebratur Dominicâ 1. Sep-
tembris, fit poſt Commemoratio-
nem de Dominica de *S.* Ægidio, &
Ss. 12. Fratribus Mm. Commemo-
ratio (ſine Lectione) in Laudibus
& Miſſis privatis tantùm, non au-
tem in 1. Veſperis, nec in Miſſa ſo-
lenni: 9. autem Lectio in Officio,
& ultimum Evangel. in Miſſa dic:
tunc de *Dominica*; Octava verò, &
9. Lectio Officij Ss. Angelorum, ubi
ſunt ſeparatæ, convenienter tunc
conjunguntur in unam; eò quòd in
ſola Lectione nona ſit aliquid de An-
gelis. *Col. Alb.*

2. S. Stephani Reg. Hung.
& Confeſſ. Semidupl. *Col. Alb.* In
Officio dic: omnia ùt in Commu ni

Confeſſ. non Pontif. præter Orationem, quæ eſt propria, & Lectiones, quæ in I. Nocturno dic: de Scriptura Feriæ currentis, niſi ponendum ſit Initium Libri S. Scriptur. nondum poſitum ex Dominicæ præcedent: I. Nocturno. Lectiones II. Noctur. propriæ. III. Nocturn. ut in Feſto S. Ludovici 25. Auguſti: *Homo quidam nobilis &c.* In Hymno: *Iſte Confeſſor* mutatur 3. Verſ. In *Laudibus* (niſi currat alicubi aliqua Octava) dic: Suffragia Sanctorum, & ad Primam, & ad Completorium Preces Dominicales.

Missa: *Os Juſti &c*, 1. de Communi Confeſſ. non Pontif. excepta 1. Oratione, eique correſpondente Secreta, ac Poſtcommunione (quas omnes habet proprias) nec non primò Evangeliò: *Homo quidam nobilis &c*, quod extat in eodem Communi tertiò locò ante Miſſam de Abbatibus. Dic: in ea *Gloria*, ſine *Credo*, niſi alicubi veniat infra Octavam Ss. Angelorum, infra quam ſi venit, 2. Oratio erit de Octava. 3. *Concede*, alioquin autem 2. Oratio eſt *A Cunctis*. 3. Ad lib. Præf. Commun. *Col. Alb.*

*Veſperæ* integræ ſunt de hodierno Feſto (*Col. Alb.*) niſi occurrat vel infra dictam Octavam (tunc enim à Capitulo dic: de Sequenti Die infra Octavam cum Commemoratione S. Stephani *Col. Alb.*) vel veniat in Sabbato, ſeu intra, ſeu extra Octavam; quia tunc à Capitulo dicuntur de Dominica ſequenti cum Commemoratione S. Stephani, & poſtea etiam Octavæ, ubi hæc celebratur. *Color Albus*, ſi craſtina Dominica ſit Dominica infra Octav: alioqui *Col. Vir.*

Quando Feſtum S. Stephani venit pridie Dominicæ I. Septembris, tunc ibi, ubi eâ Dominicâ celebratur Feſtum Ss. Angelorum Cuſtodum ſub Ritu duplici 2. Claſſis in Veſperis hodiernis non fit Commemoratio de S. Stephano (niſi in ijs locis, in quibus iſte ritum habet Duplicem) ſed ſolius Dominicæ. Quando Verò idem S. Stephanus occurrit in Dominica, ſeu I. ſeu II. Septembr. transfertur in Feriam II. immediatè ſequentem modò paulò antè dictô, niſi ubi Ritum habet duplicem; nam ibi occurrens in Dominica per annum, non impeditâ Feſtô altioris Ritus, non quidem transfertur, fieri tamen debet Commemoratio de Dominica tam in *Officio*, quàm in *Miſſa*, & in hac dici ultimum Evangelium, in illo verò 9. Lectio de eadem Dominica occurrente.

Si denique S. Stephanus occurrat poſtridie alicujus Dominicæ, etiam illius, in qua celebratur Feſtum Ss. Angelorum Cuſtodum ſub Ritu duplici 2. aut etiam 1. Claſſis (uti Euſtadij apud PP. Soc. JESU) fit de eo in pridianis Veſperis Com-

memoratio, attamen poſt Commemorationem de Dominica.

*Si* craſtina Dies ſit *prima Dies Menſis* Septembris, non impedita Feſti 9. Lectionum, tunc hodie poſt Veſperas Diei dicuntur in Choro *Veſpera Defunctorum* pro Menſe currente, ùt ſuprà 31. Auguſti, & ſuô locô P. I. alioquin pridie alterius Diei hujus Menſis Officiô 9. Lectionum non impeditæ.

3. *Si* hæc, aut alia Feria hujus Menſis ſit *prima Dies Menſis*, non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc hodie poſt Laudes Diei dicto *Benedicamus* cum *DEO Gratias*, omiſſóque Verſu: *Fidelium anima &c*, dic: in Choro unum Nocturnum (reſpondens Feriæ currenti) *Officij Defunctorum*, unà cum *Laudibus* eorumdem. Miſſa quoque principalis tunc dic: generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs, niſì hodie fuerit Sabbatum, aut extra Sabbatum alicubi occurrat hodie Feſtum Simplex, tunc enim in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis cantandæ ſunt 2. Miſſæ, una pro Defunctis poſt Primam, altera de B. M. in Sabbato, aut de Feſto Simplici extra Sabbatum occurrente, poſt Sextam, ut ſuprà Die 2. item 26. & 30. Auguſti. In Eccleſijs verò non Cathedralibus, nec Collegiatis dic: Miſſa de Die currente cum Commemoratione generaliter pro Defunctis.

In hodierno *Officio feriali* ponenda eſſe Reſponſoria ex I. Nocturno Dominicæ I. Septembris præcedentis, ſi nondum ſint primò poſita, conſtat ex dictis ſuprà P. I. ubi etiam, quomodo Ordinanda ſint *Officium*, & *Miſſa*, ſi hâc, aut aliquâ ſequentium Feriarum occurrat fieri de B. M. in Sabbato.

In Locis autem Sereniſſ. Hiſpaniarum Regi ſubjectis, nec non alijs, quibus conceſſum id eſt, dic: hodie Veſperæ ſub Ritu Semiduplici (alicubi etiam altiore) de S. Roſalia Virgine Panormitana, dicendo omnia, ùt in primis Veſperis de Communi Virg. tantùm, excepta Oratione, quæ eſt propria, extátque in Calce Breviarij ac Miſſalis Romani. *Col. Albus.*

4. Si hodierna Feria ſit prima Dies, non impedita Officio 9. Lection: aut incidat in Sabbatum &c. obſervanda ſunt herì annotata. Ubi verò (utì in Locis Sereniſſ. Hiſpaniarum Regi ſubjectis, aliíſque nonnullis) conceſſum eſt hodie *Officium*, & *Miſſa* ſub Ritu ſemiduplici de S. Roſalia Virg. ibi hodie ſit *Officium*, & *Miſſa* de S. hac Virgine, dicendo omnia, ut in Communi Virginis tantùm, excepta Oratione, quæ dicitur, ùt herì in 1. Veſperis, exceptîs item Lectionibûs, quæ in I. Nocturno ſunt de Scriptura Feriæ currentis, niſì ponendum ſit initium Libri Sac. Scriptur. nondum poſitum,

II.

II. Noctur. propr. In III. Noctur. de Homilia in Evangelium *Simile eſt Regnum Cœlorum decem Virginibus*, ùt in Communi Virgin. primò locô. In Laudibus dic: Suffragia, & ad Primam Preces Dominicales, niſì currat aliqua Octava; tunc enim de hac facienda Commemoratio in Laudibus ſine *S*uffragijs, utì & ſine Precibus ad Primam.

Miſſa: *Dilexiſti*, ùt in Communi Virg. tantùm, cum *Gloria*, ſine *Credo*, niſì currat Octava illud requirens. Orat. 1. propr. ùt in fine Miſſalis. 2. *A Cunctis.* 3. Ad libitum, niſì occurrat aliqua Octava; tunc enim Orat. 2. erit de Octava. 3. *Concede.* Præfat. Communis. *Col. Alb.*

Ubi *S*. Roſalia habet Ritum duntaxat *S*emiduplicem de præcepto, ibi hodiernæ Veſperæ, ſi cras faciendum ſit de Die infra Octavam, dicentur à Capitulo ſub Ritu pariter Semiduplici de Octava, utì in 2. Veſp. Feſti, cũ Cōmem. præced. *S*i verò non currat aliqua Octava, nec cras occurrat Dominica, dici poſſunt ſub Ritu ſemiduplici ad lib. de *S*. Laurentio Juſtiniano Epiſcop. Confeſſ. ac Venetiarum I. Patriarcha, cum Commemoratione S. Roſaliæ, utì paulò pòſt dicetur.

Vesperæ hodiernæ ibi, ubi non currit aliqua Octava, nec hodie nec cras occurrit Dominica, aut Feſtum aliquod de Præcepto in Religione, vel Diœceſi aliqua particulari, dici hodie integræ poſſunt ſub Ritu Semiduplici ad libitum de *S*. Laurentio Juſtiniano, Epiſcop. Confeſſ. ac primo Venetiar. Patriarcha. In Hymno: *Iſte Confeſſor mutatur* 3. Verſ. etiam cras. Reliqua omnia (præter Orationem, quæ eſt propr.) dic: de Communi Confeſſ. ùt in I. Veſperis. Ubi verò hodie celebratum eſt Feſtum S. Roſaliæ V. ſub Ritu ſemiduplici, ibi, ſiquidem celebrat de *S*. Laurentio Juſtiniano, Veſperæ hodiernæ dicuntur usque ad Capit. de S. Roſal. à Capit. verò de S. Laurent. Juſtinian. cum Comm. præcedentis & Suffragijs Sanctorum, nec non Precibus Dominicalibus ad Completor. *Col. Alb.*

Quòd ſi Feſtum S. Roſaliæ ibi, ubi habet Ritum tantùm Semiduplicem de Præcepto, incidat in Dominicam, transferetur in Diem primam Officiô 9. Lectionum non impeditam. At verò Feſtum S. Laurentij Juſtiniani incidens vel in Diem Dominicam, vel infra aliquam Octavam, vel in Diem alicubi alio Feſto particulari 9. Lectionum impeditam, eô annô omittitur: unde in locis, in quibus Feſtum Ss. Angelorum Cuſtodum celebratur primâ Dominicâ Septembris cum Octava, Feſtum S. Laurentij Juſtiniani, tempore ſemper incidens in illam Octavam, non poteſt unquam celebrari *ad Libitum*, niſì obtineatur Speciale Indultum à Sede Apoſtolica, quale

alias

olim Societas JESU obtinuerat pro Feſto S. Hedwigis viduæ (occurrente 17. Octobris, eâ ipsâ nempe Die, quâ in Soc. JESU celebratur Dies Octava S. Franciſci Borgiæ) reſpectu quarumdam Provinciarum, cum illud etiamnum eſſet Feſtum ad Libitum; quia enim conſtanter incidebat in *Diem Octavam* S. Franciſci Borgiæ, quâ proin nec celebrari illud, nec per Decretum S. R. C. de annô 1682. 24. Januarij, transferre id noſtris licebat, indulſit ſpecialiter Aſſiſtentiæ Germaniæ Sedes Apoſtolica, ut illud quibusdam ejus Provincijs transferre liceret conſtanter in Diem 20. Octobris, quæ tamen Dies quando incidebat in Diem Dominicam, vi alterius anterioris Decreti de anno 1673. 2. Decembris eô annô etiam ibi erat omittendum Feſtum illud tunc temporis ad Libitum: cum autem nunc ceſſaverit eſſe Feſtum ad Libitum, habens modò Ritum *Semiduplicem de præcepto*, nunc etiam in illis Provincijs perinde, ac in reliqua Societate, à Die 17. Octobris (ab Eccleſia univerſali ei aſſignato) transferendum eſt more aliorum Semiduplicium de Præcepto in Diem proximam non impeditam, ut ſuô locô dicetur. Ubi S. Roſalia ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ habet Ritum altiorem, v. g. *Duplicis minoris*, aut *majoris* (qualem ex permiſſione Sedis Apoſtolicæ de anno 1689. 30. Jul. habet in Regnis & provincijs Cæſareæ Majeſtati ſubjectis), ibi juxta exigentiam conceſſi Ritus ordinandum eſt ejus *Officium*, & *Miſſa*.

5. Nisì hodie occurrat fieri de Dominica, aut alicubi *de Die infra Octavam* (v. g. *S. Angeli Cuſtodis*, utì in pluribus Ditionibus Auguſtiſſ. Romanorum Imperatori ſubjectis) *aliόve Feſto 9. Lectionum in aliqua Religione*, aut *Diœceſi* hodie occurrente, poſſet ex Indulto Innocentij XII. fieri hac Die Offic. & Miſſa ab omnibus, qui, & quæ ad horas Canonicas tenentur, ſub *Ritu Semiduplici ad Libitum* de S. Laurentio Juſtiniano, Primo Venetiarum Patriarcha. In Officio omnia dic: de Communi Confeſſ. Pontif. præter Lectiones II. Nocturn. quæ ſunt propriæ, & extant in Calce Breviarij Romani inter Feſta ad libitum. In Hymn. *Iſte Confeſſor* mutatur 3. Verſ. Oratio: *Da quæſumus &c*, ut in Communi Confeſſ. Pontif. primô locô. Lection. I. Nocturn. de Script. Feriæ currentis, nisì ponendum ſit Initium Lib. S. Scriptur. nondum poſitum. Lection. III. Nocturn. *Homo peregrè &c*; ùt in eodem Communi Confeſſ. Pontif. primô Locô. In *Laudibus*, & *Veſperis*, ubi hæ ſub Ritu Semiduplici dicuntur, poſt Orat. Diei dicuntur Suffragia Sanctorum ac preces Dominicales ad Primam & Completorium. *Col. Alb.*

Miſſa: *Statuit &c*, 1. de Commu-

muni Confeſſ. Pontif. cum *Gloria*, ſine *Credo*. Orat. 2. *A. Cunctis*. 3. Ad Libitum. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

Si hodie occurrat *Dominica*, aut alicubi *Feſtum particulare* alicujus *Communitatis Religioſæ*, aut *Diœceſis*, vel alicubi currat *Octava* (v. g. S. Angeli Cuſtodis) tunc ibi juxta herì dicta, ſecluſô ſpeciali Sedis Apoſtolicæ Indultô, nec hodie, nec Die alio fieri poteſt Officium de S. Laurentio Juſtiniano, quamdiu eſt Feſtum ad Libitum, ſed penitùs pro ejusmodi anno, ac in ejusmodi locis eſt omittendum, juxta Decr. S.R.C. de anno 1673. 2. Decembris, & 1682. 24. Januar. ſuprà alleg. Putat quidem Auctor Decennij Divinor. Officior: *ab anno* 1703. *usque ad annum* 1712. in Notis ad Diem 6. Septembr. anni 1706. poſſe hoc, aut aliud Feſtum ad Libitum, ejusmodi Diebus occurrens, etiam poſt utrumque modò memoratum Decretum in aliquo ſaltem Caſu [ eô tamen unicô ) transferri in aliam Diem, eâmque ſolam, ipſum immediatè ſequentem, ſi ea non ſit impedita Feſto Duplici, vel Semiduplici, vel non habeatur reponendum aliquod Officium translatum cujuscunque Ritûs: atque pro hac ſua Sententia & Exceptione allegat Is recentius quoddam Innocent. XII. Decretum: verùm, quia ejusmodi Decretum nec à Breviario, nec etiam à Directorio Romano hactenus fuit agnitum, meritò Decretum, quod p ſua Sententia allegat hic Auct videtur unum ex illis Apocryp ob quæ ejusdem Auctoris alius bellus 1702. Venetijs impreſſus Titulo: *Recentiora Sacr. Rit. Co Decreta, nullibi hactenus Conjunctim preſſa &c.* (in quo ad annum 16 30. Mart allegat pro ſua Senten id Decretum) relatus eſt in In cem Librorum prohibitorum, conſtat ex ejusdem Indicis, an 1682. Romæ impreſſi, noviſſima pendice usque ad annum 1708. porrigente: aut, ſi aliquando tit ejusmodi Decretum, id poſt dùm, ut aliqui aſſerunt, fuit rev catum: Quibus fidem facit Dir ctorium Romanum de anno 170 Die 10. Maij, quô annô, cùm Feſtu S. Antonini (tunc temporis Semid plex ad Libitum) occurriſſet in D minica, jubebat illud nequaqu differre in Feriam II. immediatè ſequentem, ùt ùt nullô Feſtô al ſeu occurrente, ſeu translatô impe ditam, ſed eô annô penitùs omitt Unde non ampliùs ſubſiſtent, q ex ſuppoſitione extantis Dec Translationem in tali Caſu Feſt ad Libitum concedentis, D. Pl in Director. Can. Tit. X. de Tran lat. Not. XIX. habet in oppoſit

Si hodie, aut cras, vel pere die occurrat Dominica II. Septem aut alicubi Feſtum, aut Dies in Octavam, vel ipſa Dies Octava S

Ange-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Angelorum Cuſtodum, vel hodierna, ut craſtina Dies ſit prima Dies Menſis non impedita Officiô 9. Lectionum&c, obſervanda ſunt ea, quæ pro ejusmodi Caſibus, & Occurrentiis ſuprà Die 1. 2. & 3. Septembris in fine, necnon P. I. Dominicâ, ac Hebdomadâ I. & II. ejusdem Menſis ſunt annotata.

6. In Eccleſia univerſali fit hodie de *ea*, ùt ſuprà P. I. cum obſervatione eorum, quæ 3. 4. & 5. hujus ſunt annotata.

7. Usque ad Veſperas omnia reſpectivè, ut herì. *Veſpera* autem in Eccleſia univerſali dic: hodie ſub Ritu duplici 2. Claſſis de Nativitate B. M. Virginis, ùt in proprio Loco, & ejus Officio parvo, ſine ulla Commemoratione, niſì Dominicæ, ſi quæ cras ſequatur; hodie autem occurrentis Dominicæ nulla fit in heſternis Veſperis Commemoratio, uti nec Diei infra Octavam ibi, ubi hodie Dies infra Octavam occurrit.

Quòd ſi tamen hodie, vel cras occurrat alicubi ipſa *Dies Octava* alicujus Feſti (v. g. Ss. Angelorum Cuſtodum) illius *Diei Octava* ibi, ubi Nativitas B. V. non eſt *Titulus*, ſeu *Patrocinium* Templi, omnino fit Commemoratio, & quidem ùt in 2. Veſperis Feſti, ſi hodie occurrat *Dies* illa *Octava*; ſi autem *Dies Octava Feſti* primùm cras occurrat, tunc Commemoratio de illa fit hodie, ùt in 1. Veſperis Feſti etiam ibi, ubi Nativit. B: V. eſt *Titulus Templi*. In Veſperis Solennibus tam hodie, quàm cras, dum celebrans Hymnum: *Ave Maris Stella* intonat, omnes genuflectunt, ac ſtatim etiam ipſe celebrans genuflectit, & quidem juxta Gerlac: Vinitorem (citantem Cæremoniale Epiſcopor. *L.* 2. *C.* 1. Ubi tamen ſolùm loquitur de Epiſcopo) ſuô locô; juxta Tob. Lohner verò ſupra proximum Altaris Gradum, permanens in genuflexione juxta eundem Gerlacum usque ad finem primi Verſûs; juxta Bauldryum, & Lohnerum autem usque dum prima Hymni Stropha fuerit abſoluta; quâ finità ſurgit, & (cæteris omnibus pariter ſurgentibus) factâ Altari Reverentiâ ad Sedem redit, ibíque ſtat, usque dum totus ille Veſperarum Hymnus finiatur. Vide dicta ſuperiùs Die 23. Januar. circa finem, & eadem cum hîc Dictis etiam obſerva in *Veſperis Solennibus*, quæ in Feſto Nominis B. M. V. (de quo paulò pòſt) aliíſque Feſtis B. M. V. decantantur. Hymnus Completorij terminatur per Verba: *JESU tibi ſit Gloria, qui natus es &c*, & ſic per totam Octavam. *Col. Alb.*

Ubi Feſtum Nativit. B. M. V. eſt *Feſtum Patrocinij*, ſeu *Titulare*, in 1. ejus Veſperis fit quidem Commemoratio (ut in 1. Veſperis Feſti) de Die Octava v. g. Ss. Angelorum Cu-

ſtodum cras occurrente, uti & de Dominica cras occurrente, non autem de *Die Octava*, aut de *Dominica* hodie occurrentibus, ſeu celebratis, ùt dictum antè, & conſtat ex Tab. concurrentiæ, ac Rubr. General. XI. de concurrentia Officij.

8. Nativitas B. M. V. Dupl. 2. Claſſis, habens Octavam. *Col. Alb.* Offic. ùt in proprio Loco, & ejus Officio parvo, cum 9. Lectione (niſi hodie occurrat Dominica) de S. Adriano M. ejúſque Commemoratione in Laudibus.

Quòd ſi hodie occurrat Dominica, fit etiam de illa, ſed ante Commemorationem de S. Adriano, in *Laudibus* Commemoratio; nona autem Lectio tunc non dicitur de S. Adriano, ſed de Homilia in Evangel. Dominicæ currentis. Hymni omnes (exceptis Hymno *Ave Maris Stella*, & propriam habentibus clauſulam, uti in Veſperis, Matutino, & Laudibus ſuis propriam habet Feſtum Exaltationis S. Crucis &c.) hodie ac per totam Octavam, etiam in Feſtis, terminantur per Verba *JESU tibi ſit Gloria, qui natus es &c.* Excipitur Hymnus *Laudum* Officij Ss. Angel. Cuſtodum, qui proinde in Caſu, quo horum *Dies Octava* venit infra Octavam B. V. natæ non minùs retinet ſuam propriam clauſulam, quàm Hymni de S. Cruce, cùm infra Octav. B. V. fit de Feſto Exalt. S. Crucis, per ea, quæ habet Gavant. Tom. 2. S. 5. C. 6. n. [...] & 13. Ad Primam quoque ho[die] & per totam Octavam in Reſpo[nſo]rio Brev. dic: Verſ. *Qui natus e[s] Maria Virgine*, etiam in Feſtis.

Missa propr. cum Gloria [...] do, & Commemoratione S. Adri[ani] M. ùt ibi, ſed in Miſſis privatis ta[n]tùm. Præfat. de B. V. *Et Te in Na[tivi]tate &c. Col. Alb.* Si hodie occ[ur]rat *Dominica*, fit de ea non tantùm [in] *Miſſa* tam Solenni, quàm priva[ta] (& in his quidem ante Comme[mo]rationem Simplicis) Commemo[ra]tio, cum ultimo de eadem Do[mini]ca Evangelio.

Quòd ſi in hodiernam D[iem] incidat alicubi *Dies Octava* alicu[jus] Feſti (v. g. Ss. Angelorum Cuſto[dum]) *Officium*, & *Miſſa* fiunt de N[a]tivitate B. M. V. de *Die* autem illa *O[c]tava* fit in Laudibus, utriſque [Ve]ſperis, ac Miſſa hodierni Feſti [dun]taxat Commemoratio, ante Com[me]morationem de Dominica hodie occurrente; poſt Dominicæ ve[rò] Commemorationem (cujus Evan[ge]lium juxta antè dicta dic: [...] fine Miſſæ) fit etiam Commemora[tio], in ſolis tamen Miſſis privatis [de] S. Adriano.

Ubi Nativitas B. V. eſt *Ti[tu]lus Eccleſiæ*, ibi in III. Nocturno, [...] ex Lectione ſeptima, & Octava [fa]ciendæ ſunt tres, vel pro *nona* Lectio[ne] legenda eſt *Septima* Diei ſeque[n]tis infra Octavam; cùm (ùt no[tat]

his

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hic Gavant.) parùm referat, quòd Die ſequenti eadem repetatur. De S. Adriano M. verò in ejusmodi Eccleſia nihil omnino fit in *Officio*, & *Miſſa*.

In II. *Veſperis* omnia dic: ùt in primis, exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ dic: uti notatur in loco, cum Commemoratione Dominicæ (ſi quæ hodie, aut cras occurrat) ac S. Gorgonij Mart. ùt ibi. Non tamen fit Commemoratio etiam in 2. hodiernis Veſperis de Die ſequente infra Octavam Ss. Angelorum Cuſtodum, quando currens alicubi horum Octava (uti contigit 1712. & 1713.) miſcetur Octavæ Nativitatis B. V. Mariæ: quia licèt Tabula concurrentiæ concurrente Feſto Duplici 2. Claſſis cum Die ſequente infra Octavam jubeat de iſta facere Commemorationem, intelligendum tamen id ſolummodo eſt pro tunc, quando de Die illâ *infra Octavam Die ſequenti* fieri debet Officium, Quod hîc non contingit, cum cras in tali Caſu non de *Die infra Octavam Ss. Angelorum*, ſed vel de Die infra Octavam Nativitatis B. M. V. (utpote Feſti dignioris) vel de Dominica, vel Feſto Nominis B. M. V. aut alio, alicubi, aut aliquando forſan occurrente, Officium ſit faciendum: debere autem ità intelligi ea, quæ in Tabulâ concurrentiæ prædictâ dicuntur, conſtat manifeſtè ex Rubrica Gener. IX. de Commemorat. n. 6. juxta quam *Tabula concurrentiæ* eſt exponenda, uti poſt Gavant. ad citatam Rubricam notat Gob. Tr. 5. n. 658. in appendice Caſ. VII. *Col. Alb.* Quòd ſi hodie occurrerit *Dies Octava* alicujus Feſti (v. g. Ss. Angelorum Cuſtodum) fit juxta dicta etiam de illa, & quidem primò locò, in hodiernis Veſperis Commemoratio; non tamen fit aliquid in ijs, ne quidem Commemoratio, de Feſto Nominis B. V. M. ſi iſtud cras occurrat, uti contingit, quando Feſtum Nativitatis B. V. incidit in Sabbatum; tunc enim in hodiernis Veſperis (integrè dicendis de Nativitate B. V.) fit Commemoratio ſolius *Dominicæ*, & ſequent. Feſti, nempe S. Gorgonij M. ùt ibi, non autem *Feſti Nominis*, ità decernente S. R. C. 1684. 23. Septembr.

Quid obſervandum ſit, ſi in Feſto Nativitatis B. V. conſecretur aliqua Eccleſia, dicetur infrà P. III. Titulo de Feſto Dedicat. & videri poteſt Gavant. Tom. 2. Sect. 8. C. 5. n. 4.

Dominica *infra Octavam Nativitatis B. M. V.* celebratur Feſtum SS. Nominis B. V. niſi in eam incidat Feſtum *Exaltationis S. Crucis*, aut aliud ſimile *altioris Dignitatis*, aut *Ritûs*, vel *Dies Octava* alicujus Feſti (v. g. Ss. Angelorum Cuſtodum) tunc enim ex Decreto S. R. C. (de anno 1686. 20. Julij) juxta Rubricam de Transla-

latione Feſtorum, ac Tabulam occurrentiæ *Feſtum S. Nominis B. V.* eſt transferendum in Diem proximam infra Octavam Nativitatis B.V. ejusmodi Feſtô 9. Lectionum non impeditam, aut, ſi nulla infra Octavam illam ſuperſit Dies ejusmodi Feſtô non impedita, tunc in Diem aliam ſimiliter non impeditam poſt Octavam. Sic cùm annô 1704. Dominicâ infra Octavam Nativitatis B. V. M. [quâ alioqui celebrandum erat *Feſtum Nominis B. V.*] occurriſſet *Feſtum Exaltationis* S. Crucis, Feſtum Nominis B. V. M. transferri debuit, & ab ipſomet Directorio Romano, aliiſque translatum eſt in Diem 22. Septembris, quòd omnes Dies præcedentes eſſent impediti Feſtis alijs 9. Lectionum; imò ibi, ubi Feſtum Ss. Mauritij, & Sociorum ejus MM. 22. Septembris occurrens, eſt Feſtum 9. Lectionum [uti apud Nos hîc Oeniponti ob inſignes Reliquias] ibi ulteriùs transferri debuit, & actu translatum eſt, nempe in Diem 25. ejus Menſis. Econtra annô 1712. in ijs locis, in quibus Feſtum Ss. Angelorum Cuſtodum celebratur ex Indulto Sedis Apoſtolicæ Dominicâ 1. Septembris, Feſtum Nominis B.V. pariter quidem debuit transferri, ac fuit translatum, utpote cadens in ejusmodi locis in *ipſam Diem Octavam Ss. Angelorum* [cui juxta Rubricam X. De Translation. n. 2. & Tab. Occurr. nec non Gavant. Tom. 2. S. 3. C n. 12. cedere debet Feſtum Du quod non eſt 1. aut 2. Claſſis] tamen fuit translatum, nec transferri *ultra* Octavam B. V. ſed in Diem 12. Septembris ſequentem, quæ erat Dies 5. Octavam Nativ. B. V. M. facie in ea *Officium*, & *Miſſam* de Feſto minis, ùt infrà, etiam quoad ſperas, quæ integræ in eo Caſu cebantur de Feſto Nominis, Commemoratione Octavæ Ss. gelorum, & Dominicæ tantum ne Commemoratione Octava tivitatis B. V. in pridianis Ve ac craſtino Officio &c. Pari m translatum eſt Feſtum S. Nomin Mariæ 1713. & 1614. (cùm ſimili ter in Diem Octavam Ss. Ange rum Cuſtodum in Imperio Rom incidiſſet) in Diem proximam fra Octavam Nativitatis B.V.M. impeditam, nempe in Diem 11. ptembris à Dominica 2. Septemb quæ erat *Dies Octava* Ss. Angelorum Cuſtodum, & ſimul *Dominica infra Octavam* Nativit. B. V. M. quâ alioqui (niſì ſcilicet juxta Rubricas Bre viarij transferri debeat) ex Præ pto Innocent. XI. celebrandum Feſtum Nominis. Quando autem transfertur Feſtum Nominis B. nona Lectio in ejus Officio ſumend eſt ex Officio B. M. in Sabbato Menſe Septembri, quæ incipit: *Sa cramentum reconciliationis* ex Epiſt

S. Leo

S. Leonis Pap: niſì die illo, in quem transfertur, occurrat Feſtum Simplex habens propriam Lectionem; tunc enim nona Lectio dicenda eſt (faciendo ex duabus unam, ſi duas proprias habeat) de Feſto illo Simplici occurrente, cum ejus Commemoratione in *Officio*, & *Miſſa* ſuis locis, recitando de reliquo Officium totum (etiam quoad 1. Veſperas) de Ss. Nomine B. V. ſine Commemoratione Octavæ Nativitat. ſed ſolius (regulariter) Feſti Simplicis occurr. in Veſperis, Laudibus, ac Miſſa, utì conſtat ex propria Rubrica Feſto Nominis præfixâ. His præmonitis, ac prænotatis

In FESTO SS. NOMINIS B. M. V. Officium fit de illo in Eccleſia univerſali Ritu duplici majore, utì in Breviario Romano poſt Feſtum Nativitatis B.M.V. ubi dicitur, quòd ſi Dies immediatè ſequens Feſtum Nativitatis ſit *Dominica*, adeoque illa Dies, in qua per ſe loquendo celebrandum eſt Feſtum Nominis B. V. tunc juxta ſuperiùs jam animadverſa in Feſto Nativitatis, integræ Veſperæ dicendæ ſint de Feſto Nativitatis B. Mariæ, ſine Commemoratione Feſti Nominis immediatè ſubſequentis, ſed cum Commemoratione ſolius craſtinæ Dominicæ, ac S. Gorgonij M. Alioquin autem pridie Dominicæ infra Octavam B. V. Natæ, quando Feſtum Nominis non eſt transferendum juxta ibidem dicta in aliam Diem, Veſperæ I. dicuntur de memorato *Feſto Nominis B. V.* ùt in Officio parvo ejuſdem, & propriò locô cum Commemoratione Dominicæ ſequentis, ſine Commemoratione Octavæ B. V. bene tamen cum Commemoratione Feſti Simplicis, ſi quod cras occurrat. Et hæc de obſervandis pridie Feſti Nominis circa Veſperas.

Ad OFFICIUM verò, quod fit de illo in ipſa Die, quod attinet, ad *Matutinum* dicitur Invitatorium: *Sancta Maria DEI Genitrix Virgo &c*, ùt in Dedicatione B. M. V. ad Nives Die V. Auguſti: Antiphonæ, Pſalmi, & Verſus Nocturnorum, ùt in Officio parvo ejuſdem. Lectio I. Nocturn. de Parab. Salomonis: *Ego Sapientia habito &c*, utì notantur, vel in loco, vel in Feſto B. V. ad Nives, atque etiam in Feſto Roſarij in Appendice Partis autumnalis Breviarij. In II. & III. Nocturn. propriæ, cum 9. Lectione de Homilia Dominicæ occurrentis, ſi celebretur in Dominica, ſi autem Officium Nominis B. V. juxta Rubricas Breviarij Romani ſuprà allegatas ſit transferendum, tunc juxta ante Dicta, & ſpecialem Rubricam, Laudibus hujus Feſti præfixam, *nona* Lectio eò annô ſumenda eſt ex Officio B. V. in Sabbato Menſis Septembris, niſì Die illo, in quem transfertur, occurrat Feſtum aliquod Simplex, propriam (NB.) habens Lectionem; tunc enim 9. Le-

ctio

ctio dicenda eſt de Feſto illo Simplici, cum ejus Commemoratione in *Officio*, & *Miſſa* ſuis locis.

Ad *Laudes* Antiphonæ, Pſalmi, Capitulum, & Hymnus, ùt in Officio B. M. in Sabbato: Verſus, Antiphona ad Benedictus, & Oratio, utì notantur in loco, & fit Commemoratio ſolius Dominicæ occurrentis (ſine Commemoratione Octavæ B. V. natæ) ac Feſti Simplicis, ſi quod occurrat, nisì ubi Feſtum Nominis eſt Titulare Feſtum; ibi enim nil fit de Simplici in Officio, aut Miſſa, ſecùs eſt de Dominica occurrente. Ad *Horas* omnia [ excepta Oratione ] dicuntur ùt in Officio B. Mariæ in Sabbato. *Col. Alb.*

Missa, utì notatur poſt Feſtum Nativitatis B. M. V. in novis Miſſalibus, cum *Gloria*, *Credo*, & Commemoratione Dominicæ, ac Feſti Simplicis, ſi occurrant; at abſque Commemoratione de Octava B. V. natæ, ſi infra hujus Octavâ, aut in Die Octava celebretur. Præf. de B.M.V. *Et Te in Feſtivitate &c.* [ non *in Nomine*, ùt mendoſa quædam habent Miſſalia, ac Directoria ] ſive intra, ſive extra Octavam Nativit. celebretur. In fine dic: Evangel. Dominicæ occurrentis. *Col. Alb.*

In II. Vesperis omnia dic: ùt in primis, exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ [deſumpta ex Feſto B. V. ad Nives ] dic: utì notatur in proprio loco, & fit Commemor[...] Dominicæ occurrentis, ac Fe[...] Simplicis, ſi quod cras ſequat[...] trique verò huic Commemor[...] præmittitur Commemoratio d[...] ſto duplici minùs digno, ſi [...] cras alicubi, aut aliquando occ[...] *Col. Alb.* Dixi autem: *minus d*[...] nam ſi cras occurreret Feſtum [...] quod altioris *Dignitatis*, aut Ri[...] eo dicendæ forent Veſperæ, c[...] Commemoratione de *Feſto N*[...] *&c*, utì contingit, quando Do[...] nica infra Octavam Nativitat[...] deoque & *Feſtum Nominis*, inci[...] Diem 13. Septembris, prout fa[...] 1699. quô Veſperæ illius Diei i[...] græ dicebantur de Feſto Exaltat[...] nis S. Crucis, cum Commemorati[...] ne duntaxat *Feſti Nominis*, ac Do[...] *nicæ occurrentis*, ſine Commemo[...] tione de *Octava* B. V. *natæ*, & [...] erat *Color Ruber* in ſecundis Veſp[...] Feſti Nominis B. V. utpote dict[...] Feſto ſequente Exaltationis S. Cr[...] cis. Notare hîc juvat, abol[...] *Officiô* de Nomine Mariæ ... cum Miſſa impreſsô, illud modò [...] ficium, & Miſſam de Ss. hoc No[...] ne duntaxat uſurpandum, quod [...] Decreto S. R. C. 17. Jun. 1684. [...] ſte Piſarto ] ab Innocent. XI. [...] hac Feſtivitate *Dominicâ infra Oct*[...] *B. V. natæ* regulariter celebran[...] conceſſum fuit.

9. Hodie, nisì occurrat F[...] de Feſto 9. Lection. [ v.g. de *Feſto N*[...]

*mini*

*minis* B. M. aut *Die Octavâ* SS. Angelorum Cuſtodum ] fit *Officium*, & *Miſſa* de Die II. infra Octav. Nativ. B. M. V. ſub Ritu Semiduplici, dicendo in Officio omnia, ùt in Die Feſti, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. dic. de Sciptura occurrente, niſi ponendum ſit Initium Libri S. Scipturæ nondum poſitum. In II. & III. Nocturn. utì notantur hac Die in Loco, cum nona Lectione, & Cōmemoratione de S. Gorgonio M. in Laudibus, ùt ibi. *Col. Alb.* Miſſa, ùt in Feſto, cum *Gloria* & *Credo* per totam Octavam. Oratio 2. de S. Gorgonio M. 3. De S. Spiritu, ùt in fine votivar. de B. V. Præfat. ùt in Feſto. *Col. Alb.*

Quòd ſi verò hac Die occurrat *Dominica* infra *Octavam Nativitatis* B. M. V. fit hodie in Eccleſia univerſali de Feſto Nominis B. V. ùt ſuprà 285. ut verò in Locis, in quibus occurrit hodie Dies *Octava Ss. Angelorum Cuſtodum* (utì occurrebat 1703.) *Feſtum Nominis* hodie pariter occurrens, non obſtante, quòd ſit *Duplex majus*, transferri debet in Diem proximam infra Octavam Nativitatis, Feſtô 9. Lectionum non impeditam, qualis in Eccleſia univerſali modò eſt Dies 11. Septembris; quandoquidem *Diei Octavæ* alicujus Feſti juxta Rubricam, & Tabulam occurrentiæ, etiam *Duplex majus per annum* cedere debet, ùt ſuperiùs dictum.

Veſperæ, ſi hodie fuerit factum de Die II. infra Octavam Nativitatis B. V. dicuntur hodie integræ ſub Ritu duplici minore de S. Nicolao de Tolentino Confeſſ. ùt in Communi Confeſſ. non Pontif. de quo ſumitur etiam Oratio: *Adeſto Domine &c*, poſita 2. locô, & fit Commemorat. de Octava Nativitatis, ùt in 2. Veſperis Feſti. Quòd ſi autem hodie fuerit factum de Feſto Nominis B. V. tunc hodie integræ Veſperæ dic: ùt ſuprà, de Feſto Nominis, cum Commemoratione S. Nicolai de Tolent. & Dominicæ occurrentis tantùm. Ubi verò hodie fit de Die Octava SS. Angelorum Cuſtodum, ibi Veſperæ usque ad Capitulum dicuntur de SS. Angelis Cuſtodibus, ùt in 2. Veſperis Feſti; à Capitulo verò de S. Nicolao de Tolent. cum Commemoratione Diei Octavæ SS. Angelorum Cuſtodum, Dominicæ currentis, & Octavæ Nativitatis B. M. V. ùt in 2. Veſperis ejusdem. *Col. Alb.* Vide tamen dicenda inferiùs Die 1. Octobr. ante finem.

10. S. Nicolai de Tolentino Confeſſ. Dupl. min. *Col. Alb.* In Officio, quando fit de hoc Feſto, omnia (etiam Oratio: *Adeſto Domine &c.*) dic: de Communi Confeſſ. non Pontif. In I. Nocturn. Lection. de S. Scriptur. Fer. curr. II. Nocturn. propr. III. Nocturn. *Nolite timere puſillus Grex &c*, de Communi Confeſſ. non Pontif. 2. locô, & fit

fitCommemoratio OctavæNativitat. B.V. in Laudibus. Miſſa: *Juſtus ut Palma &c.* (2. de Communi Conf. non Pontif.) cum *Gloria*, *Credo*, & Commemoratione Octavæ Nativit. Præf. de B.V. *Et Te in Nativitate. Col. Alb.* Veſperæ, niſi cras occurrat Feſtum *Nominis B. M. V.* aut alicubi *Dies Octava SS. Angelorum Cuſtodum* dic: hodie de S. Nicolao cum Commemoratione *Octavæ B. M. V.* ac *Ss. Proti*, & *Hyacinthi MM.* ùt ibi. *Col. Alb.* Si verò cras occurrat *Feſtum Nominis B. V.* aut *Dies Octava SS. Angelorum Cuſtodum* dic: Veſperæ hodiernæ in 1. Caſu integræ de *Feſto Nominis*, cum Commemoratione *S. Nicolai*, nec non *Dominicæ*, & *Simplicis* ſequentis tantùm, ſine Commemoratione *Octavæ*. In 2. verò Caſu, dicuntur à Capitulo de*Die Octava Ss. Angelorum* cum Commemoratione *S. Nicolai*, *Dominicæ*, *Octava Nativit.* ac*Ss.* Mart. *Proti*, & *Hyacinthi. Col. Alb.* At Vid. infrà 1. *Octob.*

Quòd ſi hodiernum Feſtum incidat in Dominicam infra Octavam B. V. natæ, tunc ipſum transfertur in proximam Diem infra Octavâ non impeditam Feſtô9. Lectionum, hodie autem tunc fit de *Feſto Nominis B. V.* ùt ſuprà, cum Commemoratione Dominicæ in utriſque Veſperis, Laudibus, ac Miſſa, at ſine Commemoratione Octavæ Nativit. etiam in 2. Veſperis. Quòd ſi hodie alicubi occurrat *Dies Octava Ss.* Angelorum Cuſtodum, ei non modò Feſtum S. Nicolai de Tolentino, ... etiam Feſtum Nominis B. V. ... debet, ac utrumque transferri ... Diem proximam non impeditam ... Feſtô 9. Lectionum, & quidem ... *Octavam*, ſi talis infra Octavâ, occ... aut, ſi nulla infra hanc occurrat, ... Octavâ; hodie autem fieri debet ... loco, in quo *Dies Octava Ss. Angel.* C... *dum* hodie occurrit, de *Die Octa...* *Angelorum Cuſtodum*, ùt ſuô locô, ... Commemoratione Dominicæ ho... ernæ, & Octavæ Nativitatis B. M. ... legi quoque 9. Lectio de Domi... & ult. de ea Evangel. in Miſſa ... Repoſitione autem *Feſtorum Nom...* & *S. Nicolai de Tolentino* priùs fieri ... bet de *Feſto Nominis* (utpote alti... dignitatis, ac Ritûs) & poſtea p... mùm de S. *Nicolao*: qui, quando tra... fertur, debet in Hymno: *Iſte Con-feſſor &c* mutari 3. Verſ.

11. Hodie, niſi occurr... eri de Feſto 9. Lectionum (*v. g.* ... *Feſto Nominis B. V.*) ſeu *occurrente*, ... *translato*, aut alicubi de *Die Octava* *Ss. Angelorum Cuſtodum &c*, fit *Officium*, & *Miſſa* de Die IV. infra Octavam Nativitatis B. M. V. ſub Ritu Se-duplici, dicendo omnia, ùt in Die Fe-ſto, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. dic: de Scriptura Diei oc-rentis, ùt Die 9. hujus. In II. & III. Nocturn. uti notantur in proprio lo-co, cum 9. Lectione, & Commemoratione Ss. Proti, & Hyacinthi MF. in *Laudibus*, ùt ibidem. *Col. Alb.*

Miſſa

Miſſa, ùt in Feſto, cum *Gloria*, & *Credo*. Oratio 2. de Ss. MM. Proto, & Hyacintho ex Die currente. 3. De S. Spiritu. Præfat. de Octava B. V. *Et Te in Nativitate*. *Col. Alb.* Veſperæ (ſi cras fiat de Die V. infra Octavam B. V. natæ) de eadem Octava, ùt in Feſto, at ſub Ritu Semidupl. *Col. Alb.*

Ubi *Ss. Protus*, & *Hyacinthus* ſunt Feſtum 9. Lectionum, ibi in Officio Reſponſorium Octavum eſt: *Hæc eſt vera Fraternitas*, extans ante Laudes de Communi plur: MM. (eò quòd fuerint Fratres, ùt notat Gav.) & ibi tunc *Col. Rub.*

Quòd ſi hodierna Dies ſit *Dominica infra Octavam B. Mariæ Virginis* natæ (utì fuit 1707. ac 1712.) tunc hodie in Eccleſia univerſali ſit Officium, & Miſſa de Feſto Nominis B.V. cum 9. Lectione in Officio, & ultimo Evangelio in Miſſa de hodierna Dominica, ejusdémque, utì & Ss. Proti, & Hyacinthi Commemoratione in *Laudibus*, ac *Miſſa*, ſine Commemoratione Octavæ B. V. natæ, tam in utrisque *Veſperis*, quàm in *Laudibus*, & *Miſſa*. Dixi: *In Eccleſia univerſali*; nam in Locis, in quibus Feſtum Ss. Angelornm Cuſtodum celebratur Dominicâ I. Septembris, ibi, ſi Dies hodierna, nempe undecima Septembris, ſit Dominica infra Octavam B. V. natæ, celebratur hodie *Dies Octava* SS. Angelorum Cuſtodum (translatô Feſtô Nominis in Feriam II. cras ſubſequentem, ſi quidem illa Feſtô 9. Lectionum non ſit impedita, alioquin in aliam Diem ſimiliter non impeditam) modô ſuprà poſt Feſtum Nativitatis, necnon Die 9. hujus ante finem declaratô: ac proinde tunc hodie integræ Veſperæ dicendæ ſunt de Feſto Nominis, ut ibi in I. Veſper. cum Commemoratione Octavæ Angelorum, & Dominicæ tantùm, ſine Commemoratione Octavæ Nativit. B. V. etiam cras. *Col. Alb.*

12. Hodie, niſi occurrat fieri de Feſto 9. Lectionum (v. g. de Feſto Nominis B. V. aut alio occurrente, vel translato) ſit Officium, & Miſſa de Die V. infra Octavam Nativitatis B. M. V. ſub Ritu ſemiduplici dicendo omnia, ùt in Die Feſti, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. dic: de Scriptura Diei currentis, niſì ponendum ſit Initium Libri S: Scriptur. nondum poſitum. In II. & III. Nocturn. utì notantur in proprio loco hac Die. *Col. Alb.* Miſſa dic: ùt in Feſto, cum *Gloria*, & *Credo*. Orat. 2. de S. Spiritu. 3. *Eccleſiæ* vel pro Papa, utì notantur in in fine Miſſarum votivarum de S. Maria. Præfat. de B. V. *Et Te in Nativitate*. *Col, Alb.* Veſperæ hodiernæ Ritu Semiduplici de eadem Octava B. V. niſì hodie aut cras faciendum fuerit de Feſto 9. Lection.

Quòd ſi hodie occurrat *Feſtum Nominis B. V.* ſit de eo cum Commemora-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

moratione de *Dominica* occurrente in *Officio*, ac *Miſſa*, & de eadem Dominica in illo 9. Lect. ac ultimô in hac Evangeliô, ſine Commemoratione Octavæ Nativit. B. V. modô ſuprà poſt Feſtum Nativitatis, & paulò antè declaratô pro Caſu, quô à Dominica præcedente transfertur in hanc Diem; tunc enim nec *Octava* B. V. fit Commemoratio, nec *Dominica*, nisì in 1. Veſperis, ſi heri fuit *Dominica*, in quibus tamen *Dominicæ* tantùm, non autem *Octavæ* B.V. fit Commemoratio. *Col. Alb.*

13. Hac Die (quæ eſt Sexta infra Octavam Nativitatis B. V. M.) *Officium*, & *Miſſa* ordinantur modô heri deſcriptô usque ad Veſperas excluſivè: Veſperæ autem hodiernæ dicuntur in Eccleſia univerſali Ritu duplici majore de ſequenti Feſto Exaltationis S. Crucis, utì notantur in Proprio Sanctorum, cum Commemoratione Octavæ Nativitatis B. M. V. nisì hodie factum fuerit de Feſto Nominis B.M.V. tunc enim adhuc quidem integræ dicuntur de *Exaltatione S. Crucis*, non obſtante, quòd etiam *Feſtum Nominis* ſit Duplex majus (eò quòd illud ſit dignius iſtô, adeoque juxta Rubricas, & Tabulam concurrentiæ Veſperas requirens integras) Commemoratio autem fit ſolùm de *Feſto Nominis*, ac *Dominica* hodie *Occurrente*, nulla autem de *Octava Nativitatis* B.M.V. Caſus hic incidit 1705. & Annô 1711. *Col. Rub.*

Quòd ſi autem ipſum Feſt... Exaltationis S. Crucis, uti an... 1704. incidat in Dominicâ infr... ctavam Nativitatis B. V. (quâ... qui celebratur Feſtum Nomin... jusdem, tunc nec hodie nec cra... aliquid de Feſto Nominis, ſed... transfertur in Diem proximam... impeditam Feſtô 9. Lectionum... Octavam, ùt ſuprà, adeoque in... Caſu fit in hodiernis Veſperis Co... memoratio Dominicæ, & poſt h... inſuper etiam Octavæ Nativita... V. ùt in 2. Veſperis Feſti. Hym... Veſperarum S. Crucis habet p... priam Clauſulam, at verò *Hym*... Completorij Clauſulam Octavæ ... V. *JESU Tibi ſit Gloria, qui natus es* ... *Col. Rub.* In Diœceſi *Auguſtana*, ... alijs nonnullis *Germaniæ* Locis ... lebratur hodie Trigeſimus, ut ... cant, B. V. *in Cœlos aſſumptæ* Di... Ritu in eorumdem Proprio Diœce... ſano deſcriptô.

14. Exaltatio S. Crucis. Dupl. maj. *Col. Rub.* In Officio o... mnia dic: utì notantur in propri... cô, cum Commemoratione Octav... Nativit. in *Laudibus*. Hymnus *Ma*... *tini, Laudum*, ac *Veſperarum* habet p... priam Clauſulam: reliqui verò ... minantur ùt infra Octavam B. V. ... Verba: *JESU Tibi ſit Gloria, qui nat*... *es &c.*

Ma-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missa pariter propr. cum *Gloria, Credo,* & Commemorat. Octavæ Nativitatis B. M. V. Præfat. de S. Cruce: *Qui ſalutem Humani generis &c.*

In II. Veſperis fit Commemorat. de Die Octava Nativitat. B. M. V. ùt in primis Veſperis Feſti, & S. Nicomedis Mart. utì notatur in loc. *Col. Rub.*

Ubi Feſtum Exaltationis S. Crucis eſt *Titulare Templi*, ibi eſt 1. Claſſis, & celebratur cum Octava, ut infrà.

Quando Feſtum Exaltat. S. Crucis incidit in Dominicam infra Octavam B. V. natæ, fit juxta dicta Officium, & Miſſa de Feſto Exaltationis S. Crucis: Feſtum autem SS. Nominis B. M. V. (alioqui Dominica infra diem Octavam celebrandum) annô illô ex Decret. S. R. C. de anno 1686. 20. Julij, transfertur in Eccleſia univerſali in Diem proximam poſt Octavam, Feſtô 9. Lectionum non impeditam, prout contigit annô 1704. item annô. 1710. & tunc in *Officio*, & *Miſſa* (dicendis, ùt dixi, Dominicâ illâ *de Feſto Exaltationis*) fit ſuis locis Commem: de Dominica, necnon de Octava Nativitatis B. V. legitúrque de eadem Dominica in *Officio* nona Lectio, & ultim. Evangel. in *Miſſa*. In Veſperis autem *Secundis* hodierni Feſti fit tunc prima Commemoratio de *Die Octava* Nativitatis B. V. ùt in 1. Veſperis Feſti Nativitatis Ejusdem: Secunda verò de *Dominica*, ac tertia de *S. Nicomede* M. atque ſic obſervatum fuit prædictô annô 1704. & 1710. Dixi autem: *In Eccleſia univerſali* transferri in ejusmodi occurrentia Feſtum Nominis B. V. nam ubi Feſtum Nominis eſt *Titulare* Templi, ibi fit hodie de illo, tanquam Duplici primæ Claſſis, ſi unà cum Feſto Exaltationis in Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. occurrat: Feſtum autem Exaltationis tunc transfertur in Diem proximam non impeditam poſt Octavam. Ubi Feſtum Exaltationis celebratur cum Octava, ibi Lectiones II. & III. Nocturni Diebus, quibûs fit de Octava dic: utì notantur in Octavario Romano mihi à fol. 46.

Quando Feſtum Nominis B. V. incidit in *Diem Octavam* Nativitatis B. V. tunc in hodiernis Veſperis non fit Commemoratio de *Die Octava Nativitatis*, ſed 1. Commem. tunc eſt de Feſto Nom: ex 1. hujus Veſperis, prout poſt Feſtum Nativitat. in Breviario Romano notatur, 2. verò Commemoratio tunc eſt de craſtina Dominica. 3. De S. Nicomede; Veſperæ autem hodiernæ etiam tunc integræ dicuntur de Exaltatione S. Crucis (utpote de digniore) utì in proprio loco. *Col. Rub.*

15. Dies Octava Nativitatis B. M. V. Dupl. *Col. Alb.*

Quando Feſtum Nominis B. M. V.

**M. V.** incidit in Diem Octavam Nativitatis ejusdem (uti contingit, quando Feſtum Nativitatis B. V. incidit in Dominicam, prout incidebat 1709.) tunc ex *Decr.* S. R. C. de Anno 1685. 15. Sept. ac Rubricâ huic Feſto præfixâ, annô illô *Officium*, & *Miſſa* facienda ſunt hodie de *Feſto Nominis B. M. V.* ſine Commemoratione *Diei Octavæ* Nativitatis, tam in *Officio*, quàm in *Miſſa*; legitur tamen tunc in illo de Dominica hodie occurrente 9. Lectio, & in hac ultimum Evangelium, fitque ejusdem *Dominicæ*, uti & S. Nicomedis Commemoratio in *Laudibus*, & *Miſſa*: in II. Veſperis autem tunc fit pariter tantùm Commemoratio Dominicæ currentis, & poſt hanc Ss. Cornelij, & Cypriani MM. ac denique Ss. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani MM. ùt infrà, ac prout notatur in proprio loco. *Col. Alb.*

Quando autem Feſtum Nominis non incidit in Diem Octavam Nativitatis, tunc hodie fit Officium & Miſſa de Die Octava Nativitatis ſub Ritu duplici minore (*Director. Roman.*) dicendo omnia in *Officio*, uti in Feſto Nativitatis, exceptis Lectionibus, quæ omnes dicuntur, uti notantur hac Die in proprio loco, cum 9. Lectione de S. Nicomede M. niſi hodie occurrat Feria 4. quatuor Temporum) ac cum Commemoratione ejusdem S. Martyris in *Laudibus*. Quòd ſi hodie occurrat Feria quarta 4. Temporum, tunc hodie eſt *Jejunium de præcepto*, & dicitur 9. Lectio de Homilia in Evangelium Feriæ IV. quatuor Temporum, uti ea notatur Feriâ quartâ infra Hebdomadem III. Septembris in Proprio de Tempore, cum Commemoratione 1. de eadem Feriâ quartâ quatuor Temporum in *Laudibus* (pro qua Commemoratione *Antiphona*, & Oratio extat *propria* in Loco; Verſus autem dic. ùt in Pſalterio Feriâ quartâ per annum) 2. verò Commemoratio tunc eſt de S. Nicomede M. *Col. Alb.*

Miſſa, ùt in Feſto, cum Gloria, Credo, & Commemoratione S. *Nicomedis* M. ùt ibi. Præfat. de B. V. *Et Te in Nativitate.* Quòd ſi Dies Octava Nativitatis B. V. incidat in Feriam IV. quatuor Temporum, tunc Commemorationi de S. Nicomede præmittitur in *Miſſis privatis* Commemoratio de Feria 4. quatuor Temporum Menſis Septembris ex Miſſa extante poſt Dominicam XVII. poſt Pentecoſt. in Miſſali Romano, legitúrque tunc in fine earundem *Miſſarum privatarum* Evangelium de eadem Feria quarta 4. Temporum. *Col. Alb.*

In *Eccleſijs* verò *Cathedralibus* & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Miſſæ Conventuales*, una de *Die Octava* poſt Tertiam, altera de Feria quartâ 4. Temporum poſt Nonam. In Priore dic: *Gloria*, & *Credo* cum Commemo-

mo-

moratione de *S. Nicomede*, ſine Commemorat. de Feriâ 4. quat. Temporum occurrente. Præfat. de B. V. *Et Te in Nativitate*: in fine Evangel. S. Joannis. *Col. Alb.* In poſteriore (in qua poſt Kyrie eleiſon, *flectamus Genua*, cum Prophetia) nec *Gloria* dic: nec *Credo*; nec in ea fit Commemoratio de S. Nicomede, ſed Orat. 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. *Communis* non autem de Nativitate, uti habet modô expreſſa Rubrica Miſſal. Romani hac Die, & à S. R. C. decretum 12. *Decembris 1626.* apud Gavant. Tom. 1. P. 4. Tit. 15. n. 15. unde miror, à quodam *Directorio*, cætera exactiſſimo, id non obſervatum in ſimili omnino Caſu 1707. Feriâ quartâ 4. Temporum incidente in *Diem* infra Octavam Conceptionis B. M. V. quâ *Miſſæ* etiam *privatæ* juxta Recentior. Miſſal: Rubric. dicendæ ſunt de Feria illa majore, cum *Benedicamus* in fine, & Evangelio S. Joann. *Col. Viol.*

In *Veſperis II.* dic: hodie omnia, ùt in 2. Veſperis Feſti cum Commemoratione Ss. Cornelij, & Cypriani Pontif. & MM. (niſi horum Feſtum incidat in *Dominicam*) nec non Ss. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani MM. cum variatione Antiphonarum, ac Verſiculorum, ùt ibi. *Col. Alb.* Quòd ſi Feſtum Semidupl. Ss. Cornelij, & Cypriani veniat in *Dominica*, transfertur id Feſtum in *Diem* Proximam, Feſto 9. Lectionum non impeditam; adeoque tunc non fit Commemoratio in hodiernis Veſperis de Ss. Cornelio, & Cypriano, ſed de *Dominica* cras occurrente. & inſuper de Ss. Euphemia, & Socijs Mm. at ſine variatione Antiphonarum, & Verſ. tam in hodiernis Veſperis, quàm craſtinis *Laudibus*, utpote non neceſſariâ pro tali Caſu. *Col. Alb.* Quòd ſi hodierna *Dies Octava* Nativitatis B. V. alicubi concurrat cum Feſto Duplici minore in I. aut II. Veſperis, *Dies Octava* non dividit cum illo ſuas Veſperas, ſed integræ dicendæ ſunt de *Die Octava*, de *Feſto* autem illo *Duplici minore* concurrente facienda eſt tantùm Commemoratio, ídque ex *Di*ſpoſitione nova S. R. C. de anno 1691. Die 11. Auguſt. decernentis, quamcunque *Diem Octavam B. V. M.* habere debere integras utrasque Veſperas in concurrentia cum *Feſto duplici minore.* Exemplum habemus in *Die Octava* Aſſumptionis B. M. V. concurrente quotannis in 2. Veſperis cum S. Philippo Benitio 22. Auguſt. de quo, in Eccleſia univerſali habente Ritum nonniſi Duplicem minorem, fit in 2. Veſperis *Diei* illius *Octavæ* ſolummodo Commemoratio, ex Præſcripto ipſius quoque *Directorij Romani.*

16. Ss. Cornelij & Cypriani, Pontif. ac MM. *S*emidupl. cum Suffragijs *S*anctorum, ac precibus *Do*minicalibus ſuô locô. *Col. Rub.* Si oc-

currat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

currat in Dominica, transfertur ùt infrà. Si veniat extra Dominicam, in Officio omnia dic: ùt in Communi plur. MM. exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturno dicuntur de Scriptura occurrente, niſì ponendum ſit Initium alicujus Libri S. Scriptur. nondum poſitum (v.g. Libri Tobiæ) aut niſì hodie occurrat Feria quarta 4. Temporum; nam in priore Caſu ponitur Initium illius Libri nondum poſitum, etiam in Caſu, quô incidit hoc Feſtū in Feriā quartā 4. Temporum, uti hoc anno 1716. in poſteriore verò Caſu leguntur lectiones I. Nocturni de Epiſtola B. Pauli ad Roman: *Fratres Debitores, &c.* de Communi plur. MM. niſì, ùt dixi, ponendum ſit Initium alicujus Libri S, Scripturæ nondum poſitum. In II. autem Nocturno dicuntur Lectiones, prout notantur in loco. In III. Nocturno: *Cùm audieritis prælia &c.* de Communi plur. MM. 1. Locô. 9. Lectio de Ss. Euphemia, & Soc. MM. ùt ibi, niſì veniat in quatuor Temporibus; tunc enim 9. Lectio dic: de Feria occurrente 4. Temporum, ùt in Proprio de Tempore poſt Dominicam III. Septembris. Oratio: *Beatorum Martyrum, paritèrque Pontificum &c:* ùt in Communi plur. MM. 1. locô. In Laudibus fit Commemoratio Ss. Euphemiæ, & Soc. MM. (cum variatione Antiph. & Verſ. ùt ibi, niſì ob Dominicam hodie occurrentem transferatur Feſtum hodiernum Semiduplex) eíque præ[...]titur, ſed in laudibus tantùm, Com[...]mem. de Feria 4. quatuor, Tem[...] talis hodie occurrat, pro qua *An[ti]phona*, & *Oratio* extat in Propri[o de] Tempore loc. cit. *Verſus* autem [...] Feria currente ſumitur ex Pſalte[rio] & tunc hodie eſt *Jejunium de Præ[cepto].*

Missa (extans in recen[tio]ribus Miſſalibus in Ordine) *In[tret] in conſpectu &c.* 1. de Communi plur. MM. cum *Gloria*, ſine *Credo*. Or[atio] 2. de Ss. Euphemia, & Soc. [...] 3. *A Cunctis*, niſì hodie occurrat [Fe]ria 4. Temporum. Præfat. Comm[unis]. *Col. Rub.* Quòd ſi hodie occur[rat] Feria quarta quatuor Temporum, tunc 1. Commemoratio eſt de illa, ſumitúrque Oratio pro ea ex Miſſa extante in *Proprio de Tempore* poſt Dominicam XVII. poſt Pentecoſt. [2.] autem Commemoratio eſt de Ss. Euphemia & Socijs MM. legitúrque tunc Evangel. ult. de eadem Feria 4. Temporum, ſed in Miſſis privatis tantùm: nam in *Eccleſijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dic. tunc duæ *Miſſæ Conventuales*, una poſt Tertiam de Ss. Cornelio, & Cypriano, & in hac non fit Commemoratio de Feria, ſed tantùm de Ss. Euphemia, & Soc. MM. cum 3. Oratione *A Cunctis*. In ea Præfat. Communis, & ult. Evangel. S. Joannis. *Col. Rub.* Altera verò dic: poſt Nonam de Feria occurrente quat. Tempor. [...]

Glo-

*Gloria*, & *Credo* nec in ea fit Commemoratio de Sanctis hodie occurrentibus, ſed Oratio 2. *A Cunctis*. Ad libitum. Præfat. Communis. In fine *Benedicamus*, & Evangel S. Joannis. *Col. Viol.*

Quando Feſtum Ss. Cornelij, & Cypriani venit in *D*ominica, tunc, ubi non habet Ritum altiorem, transfertur in *D*iem proximam Feſto 9. Lectionum non impeditam; *Officium* autem, & *Miſſa* tunc dic: de hodierna Dominica, cum 9. Lectione de Ss. Euphemia, & Soc. Mm. ac eorundem Ss Martyrum Commemorat. in 1. Veſperis, Laudibus, ac Miſſa Domincæ, attamen ſine variat. Antiphonarum, & Verſuum ad Laudes, & 1. Veſper. *Col. Vir.*

II. Veſperæ (ſi hodie factum fuerit de Ss. Cornelio, & Cypriano) dic usque ad Capitul. de ijsdem Ss. Cornelio, & Cypriano, ùt in 2. Veſperis plur. Mm. à Capitulo verò de ſequenti Feſto Impreſſionis Sacr. Stigmat. in Corpor. S. Franciſ. cum Hymno, Verſ. ac Orat. propr. nec non Commemorat. Ss. Cornelij & Cypr: cui ſubjunguntur Suffragia Sanctorum, & *Preces Dominicales* ad Completorium. *Col. Albus* ex Decr. S.R.C.

Quòd ſi hodie occurrerit *Dominica*, tunc hodiernæ Veſperæ integræ dicuntur de eadem, cum Commemoratione Feſti craſtini &c, & tunc *Col. Virid.*. niſi alicubi currat aliqua Octava; tunc enim color concordare debet cum Octava, & de hac hodie, & cras fit Commemoratio.

17. Impressio Sacrorum Stigmat. in Corpore B. Francisci. Semid. *Col. Alb.* cum Suffragijs Sanctorum, ac Precibus *D*ominicalibus ſuô locô.

Quando venit hoc Feſtum in *Dominica*, tunc ibi, ubi non habet Ritum Duplicem (qualem defacto tantùm habet in Ordine Minorum, Gavanto Teſte) transfertur in diem proximam non impeditam Feſtô 9. Lectionum, quæ ſi ſit 22. Septembris, fit in 1. Veſperis, Laudibus, ac Miſſa Commemoratio de Ss. Mauritio, & Soc. Mm. cum 9. de ijsdem Lectione in Matutino. Porrò

In Officio Feſti hodierni omnia dic: ùt in Communi Confeſſ. non Pontif. ac proprio loco: habet namque non modò Orationem propriam, ſed etiam in Hymno Matutini proprium tertium Verſum, necnon in eodem Matutino proprias Lectiones per ſingulos Nocturnos, quarum 3. ultimæ regulariter ſunt de Homil. S. Gregor. in Evangel. *Si quis vult poſt me venire* de Communi unius Martyr. 2. locô. Reſponſorium VIII. *Mihi abſit Gloriari &c*, uti notatur in proprio loco. In Hymno *Laudum* proprio Verſu terminatur Tertia Scropha. Quòd ſi occurrat ho-

hodie Feria quatuor Tempor., tunc hodie eſt *Jejunium de Præcepto*, & dicitur 9. Lectio in Officio de Feria illa quatuor Temporum, uti ea notatur in Proprio de Tempore infra Hebdomadam tertiam Septembris; fitque de eadem Feria majore 4. Temp. Commemoratio in Laudibus, ùt ibi, excepto verſu, qui ſumitur de Pſalterio ex Feria current.

Missa propr. cum *Gloria*, ſine *Credo*. Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum, niſi occurrat Feria 4. Temporum. Præfat. Commun. *Col. Alb.* Quòd ſi hoc Feſtum incidat in Feriá 4. Temporum, Oratio 2. in *Miſſis privatis* hujus Feſti eſt de Feria illa majore. 3. *A Cunctis*. Præfat. Commun. at ult. Evangelium de eadem Feria majore: *Col. Alb.* In Eccleſijs verò Cathedralibus, & Collegiatis dic: tunc *duæ Miſſæ Conventuales*, una poſt Tertiam de *Feſto*, cum *Gloria*, ſine *Credo*, & Oratio 2. in ea eſt *à Cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Commun. In fine Evangel. S. Joannis. *Col. Alb.* Altera de Feria 4. Temp. uti notatur poſt Dominicam XVII. Septembris in Proprio de Tempore, ſine *Gloria*, & *Credo*. Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*. Evangel. S. Joann. *Col. Viol.*

In *Veſperis*, ſi hodie factum eſt de Feſto Impreſſionis, fit à Capitulo de S. Thoma de Villanova Epiſcop. Confeſſ. ſub Ritu Semid. de Præcepto. In Hymno: *Iſte Confeſſor* mutatur 3. verſ. Antiphona ad *Magnificat* propria, uti & Oratio, reliqua dic: ùt in communi Conf. Pontif. cum Commemoratione de Impreſſ. Sacror. Stigmat. S. Franciſci: pro qua Antiphona: *Hic Vir*. Verſus autem: *Signaſti &c*, ùt in 1. Veſperis Feſt. Dic: Suffragia Sanctorum, attamen ſine Commemoratione Feriæ 4. Temporum, ſi quæ hodie aut cras occurrat. Ad *Complet. &c.* Preces Dominicales. *Col. Alb.* Si hodie occurrat Dominica, fit de (translatô, ùt ſuprà, Feſtô Impreſſionis) *Officium* hodie, ac *Miſſa*, ut in locô, cum 2. Veſperis, in quibus de ſequenti Feſto Semiduplici *fit* tantùm Commemoratio per Antiphonam, ac Orationem propriam (quæ in minùs recentibus Breviarijs exſtant inter Feſta ad libitum Menſe Septembri) cum Suffragijs Sanctorum &c, ùt ſuprà. *Col. Viol.* niſi alicubi currat Octava.

18. S. Thomæ de Villanova Epiſcop. & Confeſſ. Semidupl. de præcepto. *Col. Alb.* cum Suffragijs Sanctorum & Precibus Dominicalibus, dicendis ſuô locô.

Quando occurrit hoc Feſtum in Dominica, tunc ibi, ubi non habet altiorem Ritum, transfertur in Diem proximam non impeditam Feſtô 9. Lectionum, quæ ſi ſit 22. Septembris, fit de illis Ss. Martyribus ſuis locis Commemoratio, cum de

de ijsdem Lect: *Officium* autem, & *Miſſa* tunc hodie dic: de Dominica, ut ſuô locô. *Col. Virid.* niſi alicubi currat aliqua Octava. Alioquin *Officium*, & *Miſſa* dic. hodie de S. Thoma à Villanova, ùt ſequitur.

*Officium* dic: ùt in Communi Conf. Pontif. ac propriô locô. In Hymno Matutini mutatur. 3. Verſ. Lectiones I. Nocturni de Scriptura Feriæ current. niſi occurrat Feria 4. Temporum Menſis Septembris; tunc enim Lectiones I. Nocturni (*Fidelis Sermo &c.*) ſumuntur de Communi Confeſſ. Pontif. primô locô. Lection. II. Nocturn. propriæ. III. Nocturn. *Homo peregrè &c*, de eodem Communi, cum 9. Lectione de Feria quatuor Temporum, ſi incidat in 4. Tempora, utì ea notatur in Propr. loco de Tempore infra Hebdomadam III. Septembris. Ad *Benedictus* Antiphona propr. & Commemorat. de Feria 4. Temporum, ſi in talem incidat, per Antiphonam, & Orationem annotatam in citato Proprio de Tempor. Verſ. de Pſalterio ex Feria current. & tunc eſt hodie *Jejunium de Præcepto.*

Missa: *Statuit &c.* (de Communi Confeſſ. Pontif.) cum *Gloria*, ſine *Credo*. Oratio 2. *A Cunctis.* 3. Ad libitum, niſì veniat in Feria 4. Temporum. Præfat. Commun. Quòd ſi hoc Feſtum veniat in Feria 4. Temporum, fit de illa Commemoratio in *Miſſis privatis* hodierni Feſti, & tunc in illis Oratio 3. eſt *A Cunctis*: ac ultimum Evangelium de Feria 4. Temporum, cujus Miſſa extat poſt Dominicam XVII. poſt Pentecoſt. *Col. Alb.* In *Eccleſijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dic: tunc duæ *Miſſæ Conventuales*, una poſt Tertiam de *Feſto*, cum *Gloria*, ſine *Credo*, & in ea Oratio 2. *A Cunctis.* 3. Ad libitum ſine Commemoratione *Feriæ*, & in ejus fine Evangelium S. Joann. *Col. Alb.* Altera verò dic: poſt Nonam de Feria 4. Temporum, ſine *Gloria*, & *Credo*, nec fit in ea Commemoratio de Feſto, ſed 2. Oratio in ea pariter eſt *A Cunctis.* 3. Ad libitum. Præfat. Communis (tono feriali) in fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joann. *Col. Viol.* Quòd ſi transferatur hoc Feſtum in Diem, quô fit de Feſto Simplici, tunc 2. Oratio eſt de Feſto illo Simplici. 3. *A Cunctis.* Quòd ſi Feſti illius Simplicis Secreta coincidat cum Secreta *S.* Thomæ à Villanova, tunc Secreta poſterior mutanda eſt, & ſumenda ex Miſſa ſequente: *Sacerdotes tui &c.* 2. de communi Confeſſ. Pontif. Idem eſt de Poſtcommunione 2. coincidente cum primâ.

Vesperæ de Ss. Januario Epiſcop. & Soc. MM. dicuntur in Eccleſia univerſali ſub Ritu Duplici minor., ut in Communi plur. MM. in primis Veſperis. Oratio: *DEUS, qui nos annua*, de eodem Communi, Commemoratio S. Thomæ de Villanova



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nova, pro qua Antiphona propria (*Diſperſit &c.*) ex primis Veſperis: huic autem præmittitur Comemoratio de Dominica, ſi quæ cras occurrat: at verò de Feria 4. Temporum, ſeu hodie, ſeu cras occurrat, nulla fit Commemoratio in hodiernis Veſperis, ſed tantùm in Laudibus, & Miſſis, ùt ſuprà. *Col. Rub.*

In Regno Neapolitan. celebratur S. Januarius cum Octava, necnon cum propria Orat. proprijs Antiphonis ad *Magnificat* in utriſque Veſperis, & ad *Benedictus*; dicitúrque Officium de eo ſolo ſine Socijs, ut in Communi unius Martyris, exceptis Lectionibus II. Nocturn. quæ dicuntur, utì notantur in Breviario in ejus Feſto: Lectiones autem I. Nocturni ſunt: *A Mileto.* III. verò: *Si quis vult poſt me*, utì in Communi unius Martyris extra Temp. Paſch. Infra Octavam dicitur ibi Officium, utì notatur in calce Breviarij Venetijs impreſſi ab anno 1708.

19. Ss. JANUARII. EPISCOP. & *Soc. MM.* Dupl. min. & (ſiquidem hodie occurrat Feria 4. Temporum) *Jejunium de Præcepto. Col. Rub. Officium* in Eccleſia univerſali, ùt in Communi plur. MM. Oratio: DEUS, *qui nos annua &c*, ùt in eodem Communi 3. locô. Lection. I. Nocturn. de Scriptura occurrente, niſì ponendum ſit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum poſitum, aut primô ponendum (v. g. Libri Judith) aut niſi occurrat Feria 4. Temporum; nam in Poſteriore hoc Caſu Lect. I. Nocturni ſunt: *Fratres Debitores*, de Communi plur. MM. 1. locô, cum 9. Lectione de Homil. Feriæ 4. Temporum ex Proprio de Tempore infra Hebdomadam Tertiam Septembris. Lect. II. & III. Nocturni propriæ. In *Laudibus* Commemorat. Feriæ 4. Temporum quando in talem incidit, per Antiphonam & Orationem annotatam in cit. Proprio de Tempor. Verſus Feria currente de Pſalterio. Quando occurrit hodie Dominica, fit ea Commemoratio in *Officio*, ac in *Miſſa*, cum 9. de eadem Lectione in Matutino, & ultimô Evangeliô in *Miſſa*.

*Miſſa* in Eccleſia univerſali: *Salus autem Juſtorum* (3. de Communi plur MM.) Oratio unica, Gloria, ſine *Credo*: niſì occurrat Dominica; tunc enim *Credo* dicitur, fitque jam modò dicta Commemoratio de eadem Dominica, & legitur etiam de illa Evangelium in fine Miſſæ. Præfat. Commun. *Col. Rub.*

Quando incidit hoc Feſtum in Feriam 4. Temporum, *Miſſæ privatæ* dicuntur de Feſto, cum Commemorat. Feriæ 4. Temp. cum ultimo de eadem in fine illarum Miſſarum Evangel. *Col. Rub.* At verò in Eccleſijs *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dic: tunc duæ *Miſſæ Conventuales*, una poſt Tertiam de Feſto, ſine Comme-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

memoratione Feriæ illius majoris 4. Temporum, nec dic: de hac Evangelium in fine Miſſæ, ſed Evangel. S. Joannis. *Col. Rub.* Altera poſt Nonam, de Feria 4. Temporum, ſine *Gloria*, & *Credo*, nec fit in ea Commemoratio de Feſto, ſed 2. Oratio in ea eſt *A Cunctis*. 3. Ad libitú. Præfat. Communis. In fine Evang. S. Joan. *Col. Viol.* Quando ſequens Feſt. Ss. Euſtachij, & Sociorum occurrit in Dominica, tunc *Vigilia* S. Mathæi Apoſtoli unà cum *Jejunio de Præcepto* (non tamen perinde quoad Annuntiationem ejusdem in Martyrologio) anticipatur ad Diem præcedentem, nempe ad Sabbatum hodiernum, in quô celebratur Feſtum Ss. Januarij, & Soc. Mm. Circa Feriam 4. Temporum verò tunc hodie pariter occurrentem, ac circa Vigiliam anticipatam ad hodiernam diem, in *Officio* & *Miſſa* obſervanda ſunt illa, quæ Die 20. hujus ante finem dicentur.

*Veſperæ* dicuntur hodie usque ad Capitulum de Ss. Januario, & Soc. Mm. ùt in II. Veſperis de Communi plur. Mm. à Capitulo verò de Ss Euſtachio, & Soc. Mm. ùt in primis Veſperis plur. MM. de eodem Communi. Oratio: *DEUS, qui nos concedis*, extans in eodem Communi Mm. 2. locô. Commemoratio Feſti præced. & Dominicæ, ſi quæ hodie, aut cras occurrat: de Feria autem quatuor Temporum, ſeu hodie, ſeu cras occurrat, nulla fit Commemoratio in hodiernis Veſperis. *Col. Rub.*

20. Ss. Eustachii, & Soc. Mm. Dupl. min. nec non *Vigilia* S. Matthæi Apoſtol. & Evangel. *Jejunium de Præcepto.* Col. Rub. *Officium* fit de Ss. Mm. Euſtachio & Soc. ùt in Communi plur. MM. *Oratio: DEUS, qui nos concedis &c*, ùt in eodem Communi 2. locô. Lect. I. Nocturni de Scriptura occurrente, niſì ponendum ſit Initium alicujus Libri S. Scriptur. nondum poſitum, vel primò ponendum (v. g. Libri Eſther) aut niſì occurrat Feria 4. Temporum: nam in poſteriore hoc caſu Lect. I. Nocturni ſunt: *Fratres Debitores ſumus*, ùt in Comun. plur. Mm. 1. locô. Lect. II. Noct. prop. III. Noct. *Deſcendens JESUS &c*, de Comuni plur. MM. 2. locô, cum 9. Lectione de Vigilia S. Matthæi (utì ea notatur in loco) niſì ſimul hodie occurrat Feria 4. Temporum; tunc enim 9. Lectio dic: de Feria 4. Temporum, cum ejusdem Commemoratione in Laudibus, per Antiphonam, & Orat. propriam, annotatam in Proprio de Tempore infra Hebdomadam III. Septembris, cum Verſu Feriæ current. ùt in Pſalterio: de Vigilia autem S. Matthæi tunc nihil omnino fit in *Officio*, ſed tantùm in *Miſſa* modô mox referendô.

Missa: *Sapientiam Sanctorum &c* (extans in Ordine in recentio-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ib. Miſſal.) éſtq; ſecunda de Commun. plur. MM. cum *Gloria*, ſine *Credo*, niſì veniat in *Dominica*. In *Miſſis privatis* (quando hoc Feſtum non venit in Dominica) fit Commemoratio de *Vigilia* S. Matthæi, utì notatur in loco, & de eadem legitur etiam ultimum Evangel. in ijsdem *Miſſis privatis*, nisì hodie ſimul occurrat Feria 4. Temporum; tunc enim in *Miſſis privatis* Oratio 2. eſt de Feria 4. Temporum ex Propr. de Temp. poſt Dominicam XVII. poſt Pentecoſten. 3. de Vigilia S. Matthæi, & in fine Miſſarum privatarum dic: tunc Evangelium de Feria 4. Temporum. Præfatio Communis. *Col. Rub.* At verò in *Eccleſijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur hac Die (nisì incidat in Dominicam) duæ *Miſſæ Conventuales*, poſt Tertiam una de *Feſto*, cum *Gloria*, ſine *Credo*, ùt ſuprà, ac ſine Commemoratione tam *Vigiliæ*, quàm *Feriæ* 4. Temporum, ſi talis hodie occurrat, cum Evangelio S. Joannis in fine. *Col. Rub.* Altera poſt Nonam de *Vigilia*, utì notatur poſt Feſtum Ss. Euſtachij & Sociorum (nisì hodie occurrat Feria 4. Temporum) ſine *Gloria*, & *Credo*, & in ea Oratio 2. *Concede*. 3. *Eccleſiæ*, vel pro Pap. Præfat. Commun. in fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joann. *Col. Viol.* Si autem hodie ſimul occurrat Feria 4. Temporum, tunc altera Miſſa Conventualis in Eccleſijs *Cathedralibus*, & *Collegiatis* non di[…] de *Vigilia*, ſed de *Feria majore* 4. Tem*porum*, utì ea notatur in Propr. de Temp. poſt Dominicam XVII. Septembris, dicitúrque pariter ſine Gl*oria*, & *Credo*, at tunc Oratio 2. de *Vigilia* S. Matthæi. 3. verò A cun[…] Præfat Commun. In fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joannis, […] Vigiliæ. *Col. Viol.* V. Gav. Tom. […] P. 1. *Tit.* 7. *n.* 2. *ante Lit. h.*

Quòd ſi hodie occurrat Do*minica*, fit hodie *Officium*, & *Miſſa* de Feſto Ss Euſtachij, & *Socior.* MM. cum *Gloria*, *Credo*, & Commem[…] & Dominicæ in 1. *Veſperis*, *Laudib.* […] *Miſſa* tantùm, dicitúrque tunc de eadem Dominica 9. Lectio in Offici[…] & ultimum Evangelium in Miſſ[…] at verò de *Vigilia* tunc nihil fit hodie in, *Offic.* aut *Miſſa*, ſed Sabbato præcedenti, in quo celebratur Feſtum S. Januar. & Socior. MM. fit Commemoratio quatuor Temporum Septembris, *&* ſimul Vigiliæ S. Matthæi (quæ unà cum *Jejunio* ad idem Sabbatum præcedens eô annô anticipatur, non tamen perinde à De[…] ſolito quoad *Annuntiationem* in *Martyrologio*) in *Miſſis privatis*, in quibus tunc ultimum Evangelium dic: de *Feria* 4. *Temporum*, & 9. Lectio in *Officio*, unà cum Commemoratione ejusd. Feriæ 4. Tempor. in Laudib. in quibus tamen tunc non perinde fit Commemoratio de *Vigilia*, ſed in *Miſſis privatis* tantùm: In *Eccleſijs* […]

ò *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ *Miſſæ Conventuales*, una poſt Tertiam de Ss. Januario, & Soc. ſine Commemoratione 4. Temporum, & Vigiliæ, ac in ejus fine dic: Evangel. S. Joann. *Col. Rub.* Altera verò poſt Nonam de Feria 4. Temporum ſine Commemoratione de *Feſto*, cum Commemoratione tamen *Vigiliæ* S. Matthæi, ac 3. Oratione *A Cunctis*: necnon cum *Benedicamus*, & Evangelio S. Joannis, in ejus fine. *Col. Viol.* Quæ omnia conſtant ex Rubricâ, præfixâ Feſto Ss. Euſtachij &c.

*Veſperæ* hodiernæ dic: ſub Ritu Dupl. 2. Claſſis de ſequenti Feſto S. Matthæi Apoſt. Orat. propr. Cætera de Communi Apoſtolorum, ùt in I. eorumdem Veſperis, cum Commemoratione Ss. Euſtachij & Socior. ex Veſperis II. plur. MM. necnon Dominicæ ſubſequentis, ſi quæ cras occurrat, non tamen Dominicæ hodie occurrentis. *Col. Rub.*

Quòd ſi hodie aut cras occurrat *Feria* 4. *Temporum*, nulla fit de ea in *Veſperis* Commmemoratio.

21. S. Matthaei *Apoſt.* & *Evangel.* Dupl. 2. Claſſis, &, ſi incidit in Feriam 4. Temporum, *Jejunium* de Præcepto. *Col. Rub.*

In Officio omnia dic. hodie ùt in Communi Apoſtolorum præter Orationem, quæ eſt propria, & Lectiones, quæ in I. Nocturn. dic: de Ezechiele Propheta, ùt in Communi Evangeliſtarum. In II. & III. Nocturn. uti notantur in proprio loco. Quòd ſi veniat hoc Feſtum in 4. Temporibus, ex Lectione 8. & 9. illius fieri poteſt una, legitúrque tunc 9. Lectio de Homilia Feriæ 4 Temporum hodie occurrentis, ùt in proprio de Tempore infra Hebdomadam III. Septembris, cum ejus Commemoratione in Laudibus, pro qua *Antiphona*, & *Orat.* in Propr. de Tempore. *Verſ.* de Feria current. ùt in Pſalterio. Si verò veniat in Dominica, tunc (ultimâ & penultimâ Feſti Lectione rurſus in unam conflatâ) 9. Lectio dic: de Dominica, fitque pariter de eadem Dominica Commemoratio in *Laudibus*, juxta *Propr. de Temp.*

Missa propr. cum *Gloria*, & *Credo*. Oratio unica, nisì veniat in Dominica, aut 4. Temporibus. Præfat. de Apoſtol. Quòd ſi veniat in Dominica, fit de eadem Commemoratio, cum Evangelio ejusdem Dominicæ in fine Miſſæ hodiernæ Feſtivæ. Quòd ſi verò veniat in 4. Temporibus, tunc in *Miſſis privatis* hodierni Feſti fit Commemoratio de *Feria* 4. *Temporum* hodie occurrente, legitúrque in ijsdem *Miſſis privatis* ultimum Evangelium de eadem Feria 4. Temporum occurrente, cujus Miſſa extat in Propr. *de Tempore* poſt Dominicam XVII. poſt Pentecoſt. *Col. Rub.* In *Eccleſijs* autem

Cathe-

*Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Miſſæ conventuales*, una poſt Tertiam de *Feſto*, cum *Gloria*, *Credo*, & Præfat de Apoſtol. at ſine Commemoratione de Feria quarta Tempor. ac ſine ejusEvangel. in fine. Miſſæ. *Col. Rub.* Altera poſt Nonam, de *Feria* occurrent. 4. *Temp.* ſine *Gl.* & *Cr.* ac ſine Comem. hodierni Feſti: in ea Oratio 2. *A Cunctis.* 3. Ad libit. Præf. Comunis. (Tono Feriali) & in fine *Benedicamus*, ac pariter Evangelium S. Joannis. *Col. Viol.*

Ubi S. Matthæus tanquam Patronus propr. Eccleſiæ, eſt Dupl. 1. Claſſis, ac celebratur cum Octava, ibi Lectiones in II. & III. Nocturn. dicuntur infra Octavam, uti notantur in Octavario Romano *à fol.* 193. & *fol.* 161.

Vesperæ in Eccleſia univerſali, ùt in II. Veſperis in Communi Apoſtolorum, cum Oratione propria de S. Matthæo, ac cum Commemoratione Ss. Mauritij & Sociorum Mm. & ante hanc Dominicæ, ſi quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.*

Ubi autem S. Mauritius eſt *Patronus Principalis loci*, aut *propriæ Eccleſiæ*, ibi integræ hodiernæ Veſperæ dic: de ejus Feſto, cum Commemoratione S. Matthæi, ac Dominicæ ſequentis, non autem Dominicæ antecedentis: & infra Octavam in II. & III. Nocturn. dic: tunc Lectiones, ùt in Octavario Romano à fol. 305. & 315. Si cras ſit (ùt aliquando contingit) de Feſto translato Ss. Cornelij, & Cypriani Pontific. & Mm. tunc poſt Commemorationem de Dominica fit in hodiernis Veſperis de illis Commemoratio, & poſtea primùm de Ss. Mauritio & Soc. Mm. cum Antiphona *Veſtri Capilli &c*, & Verſu *Exultabunt &c* ex Laudibus.

Quòd ſi craſtina Dies ſit alicubi, aut aliquando 1. Dies Menſis Septembris, non impedita Officio 9. Lectionum, dicuntur hodie in Choro poſt Veſperas Diei, dicto *Benedicamus &c*, immediatè *Veſperæ Defunctorum* pro Menſe Septembri.

22. Ss. Mauritii & Sociorum Mm. *Simplex. Col. Rub.* Niſi hac Die occurrat Sabbatum, aut Feria 4. Temp. aut Dominica, aut Feſtum 9. Lect. etiam translatum, fit hodie in Eccleſia univerſali *Ritu Simplici* de Ss. Mauritio, & Soc. Mm. & *Officium* quidem in hunc modum: Ad *Matutinum* dictis *Invitatorio*, & *Hymno* de Ss. Mm. ùt in Communi plur. Mm. dicitur Nocturnum Feriæ occurrentis, cum Antiphonis & 12. Pſalmis Ferialibus, ùt in Pſalterio, quibus finitis dicitur *Verſus* de pluribus Mm. ibi notatus, ac deſumptis ex eo Nocturno Communis plur. Mm. qui Feriæ currenti correſpondet: deinde poſt *Abſolutionem*, Feriæ currenti pariter correſpondentem, dicun-

dicuntur *Benedictiones* de Feſto trium Lectionum: 1. *Ille nos benedicat, Qui ſine fine &c.* 2. *Quorum Feſtum colimus.* 3. Ad *Societatem &c.* & tres *Lectiones*, quarum duæ primæ de Scriptura Feriæ current: tertia autem propria de Sanctis, de quibus fit Officium, uti notatur in Proprio Sanctorum. *Reſponſoria* duo, poſt *Primam* & *Secundam* Lectionem dicenda, deſumuntur ex Communi plur. MM. ſecundùm Ordinem Feriæ, quæ occurrit, nempe Feriâ II. & V. ex I. Nocturn. de Communi plur. Martyr. Feriâ III. & VI. ex II. Noctur. plur. Mm. Feriâ IV. ex III. Nocturn. & in fine 2. Reſponſorij additur *Gloria Patri*, cum repetitione Partis Reſponſorij, quando hoc deſumitur ex I. aut II. Nocturno. Poſt tertiam Lectionem dic: *Te DEUM laudamus &c*, & reliquum deinceps *Officium* uſque ad Nonam incluſivè, ùt in Feſto Semidupl. plur. Mm. cum *Oratione* propria, & *Suffragijs* Sanctorum ad *Laudes*, ac *Precibus Dominicalibus* ad Primam. *Col. Rub.* Quòd ſi hodierna Dies ſit prima Dies Menſis Septembris, non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc hodie poſt Laudes Diei dictô *Benedicamus &c.* dic: unum *Nocturnum* (Feriæ currenti correſpondens) *Officij Defunctorum*, unà cum *Laudibus* eorumdem.

Ubi hoc Feſtum habet *Ritum Duplicem* (uti habet in pluribus Germaniæ locis) ibi Officium dicitur ùt in Communi plurim. Mm. excepta Oratione, quæ eſt propria, & Lectionibus ex parte: nam in I. Nocturno, ubi habet Ritum *Duplicem* tantùm *minorem*, ibi dicuntur de Scriptura occurrente, niſi ponendũ ſit Initium Lib: S. Scr. v. g. Judith, nondum poſitum, aut niſi occurrat Feria aliqua 4. Temporum, nam in hoc poſteriore caſu Lectiones I. Nocturni ſunt: *Fratres Debitores*, ùt in Communi plurimorum MM. de quo etiam ſumendæ ſunt ibi, ubi hoc Feſtum habet Ritum Duplicem altiorem, quàm ſolummodò *minorem.* In II. Nocturno Lectio I. eſt propr: 2. & 3. verò: *Quotieſcunque &c*, ùt in Communi plurimor. Mm. primô locô. III. Nocturni: *Cùm audieritis pralia &c* de eodem Communi. Si incidat in tali loco in Dominicam, fit de ea in utriſque, Veſperis Laudib. ac Miſſa Coṁemorat. cum 9. de eadem Lectione in *Officio*, & ultim. Evangel. in *Miſſa.* Si verò in ejusmodi loco incidat in Feriam aliquam 4. Temporum, dicitur pariter in Officio de Feria illa 9. Lectio, & de eadem fit etiam Commemoratio, at in *Laudibus*, & *Miſſa* tantùm.

In 2. Veſperis, ubi hoc Feſtum habet Ritum Duplicem, fit Commemoratio S. Lini Pap. & Martyr. (aut, ſi cras occurrat Dominica, tranlatô S. Linô, Dominicæ) & S. Theclæ V. & M. Quæ tamen ulti-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ma omittitur, ubi Feſtum Ss. Mauritij &c habet Ritum Duplicem 1. Claſſis.

Missa, uti notatur hac Die in Proprio Sanctorum, cum *Gloria*, ſine *Credo*. Oratio 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum, niſi ratione Menſis, aut Feriæ II. Secundô, aut penultimô locô dicendum ſit *Fidelium*. Præfat. Commun. *Col. Rub.* Ubi de Ss. Mauritio, aut Socijs habentur inſignes Reliquiæ, ibi in Miſſa dic: *Credo*.

Si hodie ſit Sabbatum, aut prima Dies Menſis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc circa *Officium* tum *Diei*, tum *Defunctorum*, ac *Miſſas* dicendas tam intra, quàm extra *Eccleſias Cathedrales*, & *collegiatas*, obſervanda ſunt ea, quæ ſuprà Die 1. & 2. Auguſti ſunt annotata. Si idem hoc Feſtum Simplex incidat in Feriam II. quæ non ſit ſimul prima Dies non impedita Officiô 9. Lection. tunc *Miſſa* etiam *Conventualis*, ſeu *Principalis* dicitur de eo, attamen tam in iſta, quàm in Miſſis privatis facienda tunc eſt ſecundô, ſeu penultimô locô Commemoratio generaliter pro Defunctis, dicendo Orationem *Fidelium*.

Quando incidit hoc Feſtum in Dominicam, tunc ibi, ubi non habet Ritum Duplicem, fit *Officium*, & *Miſſa* de Dominica, cum 9. Lectione de hodierno Feſto Simplici, ejúsque in 1. *Veſperis*, *Laudibus*, ac *Miſſa* Commemoratione. Simili modô dic: de eo 9. Lectio, cum Commemoratione in 1. *Veſperis*, *Laudibus*, ac *Miſſa*, quando hodie fit de Feſto 9. Lectionum, in hanc Diem extra Dominicam tranſlato (uti de *Feſto Ss. Nominis Mariæ*) modò tunc hodie non ſimul occurrat Feria 4. Temporum; hac enim ſimul occurrente (uti contigit anno 1707) in Feſto 9. Lectionum, 9. Lectio dicenda eſt de Homilia Feriæ illius 4. Temporum, cum Antiphona & Oratione annotatis in Proprio de Tempore infra Hebdomadem tertiam Septembr. ac cum Verſ. Feriæ currentis, ùt in Pſalterio: fitque tunc ante Commemorationem de Ss. Mauritio & Socijs, Commemoratio de eadem Feria, at in *Laudibus*, & *Miſſis privatis* tantùm; in quibus etiam legitur tunc ultimum Evangelium de Feria eadem 4. Temporum: In Eccleſijs autem *Cathtedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ Miſſæ Conventuales modô ſuprà declaratô Die 16. hujus, Occaſione Feſti Ss. Cornelij & Cypriani, quod Feſtum, ſi in Diem hodiernam, nempe 22. Septembr. transferatur, tunc Antiphona pro Commemoratione facienda de Ss. Mauritio & Socijs in Laudibus eſt: *Iſtorum eſt enim Regnum Cælorum &c*: Verſus autem: *lætamini in Domino*, ex 1. Veſperis Communis plur. MM.

Quòd ſi hodie occurrat Feria

4. Tem-

4. Temporum, obſervandum eſt hodie *Jejunium de præcepto*: & *Officium*, ac *Miſſa* dicenda de ea, cum Commemoratione (ſine Lectione) de SS. Mauritio & Soc. ùt ſuprà P. 1. In *Officio*, & *Miſſa Col. Viol.* ubi hodie non eſt faciendum de Feſto 9. Lectionum, modó pariter ſuperiùs declarató.

Vesperæ (niſì cras occurrat Dominica, aut niſì hodie factum ſit de Feſto *Ritus altioris*) dic: in Eccleſia univerſali de S. Lino Pap. & Martyr. ſub *Ritu Semiduplici*, ùt in primis Veſperis de Communi unius Martyris. Orat. *DEUS, qui nos beati &c*, de eodem Communi ſecundô locô, cum Commemoratione S. Theclæ V. & M. ùt ibi, ac cum *Suffragijs Sanctorum*, & *Precibus Dominicalibus* ad Completor. *Col. Rub.*

Quòd ſi cras occurrat Dominica, tunc, translatô S. Linô in Diem proximam Feſtô 9. Lectionum non impeditam, Veſperæ hodiernæ usque ad Capitulum ſunt *Feriales*, à Capitulo autem dic: de Dominica (cũ Cõmemoratione S. Theclæ tantùm, ac cum Suffragijs &c, ùt paulò antè) & in ijs *Color Virid.* niſì hodie factum fuerit de Feſto 9. Lectionum; ſi enim hodie factum fuerit de *Feſto Semiduplici*, ſeu *occurrente*, ſeu *translato*, tunc usque ad Capitulum ſunt de illo, & rurſus de Dominica ſolummodo à Capitulo, cum *Colore* tamen *Viridi*, & Commemorat. Præcedentis, ac S. Theclæ &c, ùt ſuprà: ſi autem factum fuerit hodie de Feſto Duplici, tunc de Dominica ſit tantùm Commemoratio, & poſt eam etiam de S. Thecla, niſì Feſtum hodie celebratum fuerit 1. Claſſis; tunc enim ſit Commemoratio ſolius Dominicæ Sequentis: Color autem adhibetur Feſto duplici conveniens, nec dicuntur *Suffragia* ad Veſper. nec *Preces Dominicales* ad Completor. quando hodie fuit factum de *Duplici*, utì nec ibi, ubi currit *Dies* aliqua *infra Octavam*, ubi pariter hodie & cras Color *Octavæ*, non autem *Dominicæ* conveniens.

23. S. Lini Pap. & Martyr. Semidupl. cum *Suffragijs* Sanctorum in Laudibus, & *Precibus Dominicalibus* ad Primam. *Col. Rub.* Officium, ùt in Communi unius Martyr. Lect. I. Nocturn. de Scriptura Feriæ currentis, niſì ponendum ſit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum poſitum, aut primò ponendum (v. g. Libri Judith) aut niſì veniat in 4. Temporibus; tunc enim Lectiones I. Nocturn. ſunt: *A Mileto Paulus &c*, de Communi unius Martyr. Lect. II. Nocturn. utì notantur in proprio Locô. In III. Noctur. legitur Homilia S. Gregorij in Evangel: *Si quis venit &c*, de Communi unius Martyris primô locô, cum 9. Lectione de S. Thecla Virg. & Martyr. utì notatur hac Die in Proprio de Tempor. niſì hodie occurrat



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Feria 4. Temporum: tunc enim 9. Lectio dicitur in Officio hodierni Feſti de Feria illa 4. Temporum, hodie occurrente, non autem de S. Thecla. In *Laudibus* fit Commemoratio de eadem S. Thecla, cui præmittitur Coṁemoratio de Feria 4. Temporum, ſi quæ hodie occurrat, per *Antiphonam*, & *Oration.* propr. uti notantur in Proprio *de Tempore* infra Hebdom. tertiam Septembris: cum Verſu de Feria currente, ùt in Pſalterio.

Missa: *Statuit &c.* de Commun. un. Mart. exceptis Orationibus, quæ dicuntur, uti notantur hac Die, unà cum ipſa *Miſſa*, in recentioribus Miſſalibus, dicitúrque cum *Gl.* ſine *Cr.* niſi currat aliqua *Octava.* Oratio 2. hodie de S. Thecla. 3. *A cunctis*; niſi occurrat Feria 4. Temporum; tunc enim 2. & 3. Oratio dic: ùt infrà. Præf. Commun. *Col. Rub.* Si hoc die occurrat *Dominica*, tunc translatô Feſto S. Lini hodie *Officium* & *Miſſa* dicuntur de Dominica, cum 9. Lectione de S. Thecla in *Officio*, & Commemoratione de eadem in 1. *Veſperis*, hodiernis *Laudibus*, ac *Miſſa*, in qua tunc *Gl. Cr.* &. 3. Oratio *A cunctis. Col. Virid.* niſi currat aliqua *Octava*: tunc enim 3. Oratio non dic: & Color Octavæ Feſti Conveniens eſſe debet.

Si autem hodie occurrat Feria 4. Temporum, tunc in *Miſſis privatis* (dicendis cum *Gloria*, ſine *Credo*, de hodierno Feſto) 2. Oratio eſt de Feria majore 4. Temporum, 3. de S. Thecla. Præfat. Commun. in fine Evangel. de dicta Feria 4. Temporum. *Col. Rub.* Sed in Ecclesijs *Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Miſſæ Conventuales*, una poſt Tertiam de *Feſto*, cum *Gloria*, ſine *Credo*, & in ea Oratio 2. de S. Thecla. 3. *A cunctis.* Præfat. Commun. ac in ejus fine Evangel. S. Joann. *Col. Rub.* Altera, poſt Nonam, de Feria occurr. 4. Temporum, uti notatur poſt Dominicam XVII. poſt Pentec. ſine *Glor.* & *Cr.* ſine Commem. quoque de S. Thecla, ſed in ea Oratio 2. *A cunctis.* 3. Ad libitum. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*, & pariter Evangel. S. Joann. *Col. Viol.*

*Veſperæ* de Feſto Seq. B. V. Mariæ *de Mercede Redempt. Captiv.* ſub Ritu *Dupl. minore* (teſte Direct. Romano mox citando) nunc ubique de Præcepto 24. Septembris celebrando, uti Sac. Rit. Congr. 1686. 18. Februarij decrevit. Licèt autem in *Eccleſia univerſ.* juxta modò dicta ac dicenda, hactenus celebretur hoc Feſtum non niſi ſub *Ritu Duplici minore*, annô tamen 1713. Die 18. Octobr. modô regnans ſua Sac. Cæſ. Majeſtas à Ss. D. N. Clemente XI. obtinuit *Indultum*, vi cujus conceditur, ut in *omnibus Regnis*, & *Dominiis* prædictæ Cæſ. Majeſtati ſubjectis dici de eo *Officium*, & celebrari

*Miſſa*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Miſſa poſſit* ſub Ritu *Duplici majore.* Hoc prænotatô in *Officio* (quod in Breviarijs minùs recentibus extat in Parte æſtiva poſt Feſta ad libitum ſub finem Julij, in recentiſſimis verò in Ordine) dicuntur hodie & cras omnia, utì in Feſto B. V. ad Nives, exceptis Oratione, & Lectionibus II. Nocturni, adeoque in hodiernis Veſperis *Antiphonæ, Pſalmi, Capitulum,* & *Hymnus* dicuntur, ùt in Officio parvo B. M. V. Verſus autem: *Dignare me laudare &c*, & Antiphona ad Magnificat: *Sancta Maria ſuccurre miſeris &c*, ùt in Feſto B. V. ad Niv. & fit Commemoratio S. Lini, niſì ſi ob hodie occurrentem Dominicam fuerit translatus; tunc enim fit Commemoratio hodiernæ Dominicæ; ſi autem primùm cras ſequatur Dominica, tunc Commemoratio illius fit primô locô, ſecundô autem de S. Lino. *Col. Alb.* In *Veſperis*, quæ hodie aut cras *ſolenniter* cantantur de hoc Feſto, obſervanda ab Officiante, ejúsque Miniſtris ſunt ea circa Intonationem Hymni *Ave Maris Stellam &c*, quæ ſuprà Die 23. Januar. & Septimâ Septemb. ſunt annotata.

24. Festum S. Mariæ de Mercede Redempt. Captivor. cui ſtrà aſſignata eſt hæc Dies. Dupl. minùs in Eccleſia univerſali, utì conſtat ex *Directorio Romano*, ac recentiſſimis *Breviarijs Romanis*, illud nequaquam inter *Duplicia majora*, ſed *minora* collocantibus, non obſtante, quòd ſit Feſtum Deiparæ; Quotiescunque enim (ùt S.R.C. 1683. 20. Novemb. decreviſſe fertur) pro Officio aliquo conceſſus reperitur *Ritus Duplex* absque expreſſione *majoris*, vel *minoris*, conceſſio intelligenda eſt de *Duplici minore* per annum, etiamſi ad honorem *Deiparæ* extiterit facta. *Col. Alb.* Officium, utì in Dedicatione B. V. ad Nives V. Auguſti, vel in Feſto Roſarij ad finem Breviarij in Parte Autumnali, exceptis tantùm Lectionibus II. Nocturn. & Orat. propr. Quòd ſi occurrat in Dominica, dic: de hac 9. Lectio, cum ejusdem Dominicæ Commemorat. in laudib. *Col. Alb.*

Missa: *Salve Sancta Parens*, ùt in Miſſis votivis B. M. V. à Pentecoſte usque ad Adventum, cum *Gloria*, *Credo*, Oratione propr. (extante vel in Ordine, vel ſine Miſſal.) nec non Commemorat. Dominicæ, & ejus ultimo Evangelio, ſi quæ hodie occurrat. Præfat. de B. V. *Et Te in Feſtivitate &c.* Quando incidit hoc Feſtum in Sabbatum 4. Temporum (utì 1712.) ordinantur *Officium*, & *Miſſa* eô modô, quô ſuprà 19. hujus Feſto Ss. Januarij & Soc. incidente in Feriam 4. Tempor.

Ubi Feſtum hoc eſt *Titulare Ordinis*, ac celebratur *cum Octava*, Officium infra Octavam quoad Lectiones II. & III. Noctur. ordinantur reſpectivè, utì infra Octavam Feſti B. V. ad Nives in Octavario Ro-

Romano à fol. 50. & 84. &c : additis addendis, & mutatis mutandis.

In II. Vesperis omnia dic. ùt in primis, exceptâ Antiphonâ ad Magnificat : *Beatam me dicent &c.* utì in II. Veſperis Feſti B. V. ad Nives, vel Roſarij, & ſi cras ſequatur Dominica, vel Feſtum, quod non ſit altioris Ritûs, fit de ijs Commemoratio ( conformiter Decreto S. R. C. 1691. 11. Aug.) non tamen de S. Maria in Sabbato, ſi poſtridie hujus Feſti occurrat fieri de B. Maria in Sabbato, utì conſtat ex Rubr. gen. VIII Brev. n. 3. in fin. *Col. Alb.* Quòd ſi craſtina Dies ſit prima Dies Menſis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc dictô poſt Veſperas hodiernæ Diei *Benedicamus &c.* dic. immediatè *Veſpera Defunctorum* pro Menſe Septembri. Alicubi hac Die celebrabatur ſub *Ritu Duplici* Feſtum S. Gerardi de Sagredo *Epiſc. & Mart.* nunc autem, poſtquam hodierna Dies celebrando Feſto B. V. de Mercede fixè, ſeu ſtabiliter eſt aſſignata, ponitur ejus Sancti Officium ac Feſtum in Breviarijs Venetis Die 25 Sept. ſub Ritu Dupl. ibi celebrandum, ubi eſt conceſſum, hôc modô. In Officio pleraque omnia dic: ùt in *Commun.* un Mart. Pontif. Lectiones I. Noct. de Script. Feriæ current. niſì ponendum ſit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum poſitum, aut primò ponendum. Lect. II. Noct. uti notantur in Propr. loco. In III. Nocturn. Homilia in Evangel. *Si quis venit, ùt in Comuni* un. Mart. 1. locô. Oratio : *Infirmitatem &c.* ibid. 1. loco. *Col. Rub.*

Missa : *Statuit &c.* 1. de Communi un. Mart. cum *Glor.* ſine *Credo*, niſì veniat in Dominica, in qua ſi venit, fit de ea in *Officio* & *Miſſa* Commemoratio, cum 9. in illo Lectione, ac ultimo in hac de eod. de ead. Evan. Præf. comunis *Col. Rub.*

In II. Veſperis fit Commemoratio de Ss. Cypriano & Juſtina Mm. cui præmittitur Commemoratio de *B. M. in Sabbato*, ſi cras de illa fiat Officium, aut de Dominica, ſi cras occurrat fieri de Dominica. *Col. Rub.*

25. Si hodierna Dies eſt a Dies Menſis Septembris non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc obſervanda ſunt ea, quæ ſupra 3. & 22. Septembris, dicendæque ſunt pridie poſt Veſperas Diei Veſperæ Defunctorum. Hodiernæ Veſperæ, ſi hodie factum eſt de ea, & cras non occurrat Sabbatum, aut Dominica, dic: usque ad Capitulum de Feria currente, ùt in Pſalterio, à Capitulo autem de Feſto Simplici ſequente Ss Cypriani, & Juſtinæ Mm. utì in primis Veſperis de Communi plur. Mm. Orat. propr. & poſt eam dic; *Suffragia* Sanctorum. Ad Complе-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pleror. verò *Preces Dominicales*. *Col. Rub.* Quòd ſi hodie factum ſit de Dominica, aut Feſto 9. Lectionum, cras autem ſit 1. Dies Menſis Septembris non impedita Officio 9. Lectionum, tunc in Veſperis hodiernæ Diei fit Commemoratio Ss. Cypriani, & Juſtinæ, ſi aliud nihil obſtet, & dictô *Benedicamus*, dicuntur immediatè pro Menſe Septembri *Veſperæ Defunctorum* modô P.I. Tit. 5. à fol. 22. & Tit. 33. à fol. 216. Item P.III. Tit. 10. declaratô. Ubi hodie ex indulto Sedis Apoſtolicæ fit Ritu Duplici de S. Gerardo Epiſ. ac Martyr. *Officium*, & *Miſſa* dicuntur modô ad finem heſternæ Diei declaratô.

26. Ss. Cypriani & Justinæ MM. Simplex. *Col. Rub.* Niſi hac Die occurrat fieri de Feſto 9. Lectionum, aut de *B. V. in Sabbato*, aut de *Dominica*, aut alicubi de *Die infra Octavam*, *Officium*, & *Miſſa* dicuntur hodie de Ss. Martyribus híſce, & illud quidem ſic: Ad *Matutinum* dic: Invitatorium & Hymnus, ùt in Communi plur. MM. Antiphonæ, & Pſalmi 12. de Feria currente, ùt in Pſalterio: Pſalmis ſubjungitur *Verſus* de pluribus MM. ibidem poſitus in Pſalterio, deſumptúsque ex eo Nocturno de Communi plur. MM. qui reſpondet Feriæ currenti. Idem eſt de Abſolutione. Benedictiones: 1. *Ille nos Benedicat, qui ſine &c.* 2. *Quorum Feſtum colimus &c.* 3. *Ad Societatem.* Lectio 1. de Scriptura Feriæ currentis. 2. & 3. propriæ. Reſponſoria duo prima perinde, ac *Verſus*, & *Abſolutio*, ſumuntur ex eo Nocturno de Communi plur. MM. qui Feriæ currenti reſpondet, nempe Feriâ II. & V. ex I. Noct. Feria III. & VI. ex II. Nocturn. Feriâ IV. ex III. Nocturn. de Communi plur. MM. Poſt tertiam Lectionem dic: *Te DEUM laudamus*, ac proinde in fine 2. Reſponſorij, quando id ſumitur ex I. aut II. Nocturn. dicendum eſt *Gloria Patri &c*, cum Repetitione partis Reſponſorij, ad eum modum, quô alioqui fit in II. Reſponſorio III. Nocturn. plur. MM. Ad Laudes (in quarum fine dic: *Suffragia Sanctorum* ſine Commemoratione de Cruce) & per Horas usque ad Nonam (quâ terminatur hujusmodi Officium *Simplex*) incluſivè, dicuntur omnia, ùt in Feſto Semiduplici plur. MM. excepta Orat. quæ eſt propria, cum *Precibus* Dominicalibus ad *Primam*. Miſſa: *Salus autem Juſtorum*, 3. de Communi plur. MM. cum *Gloria*, ſine *Credo*. Orat. 1. propr. cum correſpondente Secreta, & Poſtcommunione. 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum, niſi ratione Menſis, aut Feriæ II. ſecundô, ſeu penultimô locô dicendum ſit *Fidelium*. Præfat. Commun. *Col. Rub.*

Si hodie ſit Sabbatum, aut Dies Dominica, aut hodierna Dies ſit prima Dies hujus Menſis, non impe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

impedita Officiô 9. Lectionum, tum circa *Officium* tam *Diei*, quàm *Defunctorum* reſpectivè, utì & circa *Miſſas*, tam intra, quàm extra Eccleſias Collegiatas hac Die tunc dicendas, obſervanda ſunt ea, quæ ſuprà Die 1. & 2. Auguſt. Si idem hoc Feſtum Simplex incidat in Feriam II. quæ non ſit *prima* Dies hujus Menſis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc *Miſſæ* etiam *Conventualis* dic: de eo, attamen tam in illa, quàm in Miſſis privatis facienda eſt ſecundô, ſeu penultimô locô generaliter Commemoratio pro Defunctis per Orationem: *Fidelium &c*, juxta Rubricam General. Miſſal. 5. n. 2.

Vesperæ dic: in Eccleſia univerſali ſub *Ritu Semid.* & *Col. Rub.* cum *Suffrag.* & *Precib. Dominicalib.* ſuô locô, de Feſto ſeq. Ss. Coſmæ, & Damiani Mm. recitando omnia (excepta Oratione, quæ eſt propria) ùt in 1. Veſperis de Commun. plur. Mm. niſì cras occurrat Dominica; tunc enim, tranſlato Feſto Ss. Mart. Coſmæ, & Damiani, dic. Veſperæ hodiernæ, ùt in Pſalter. in Sabbato per annum, cum Antiphonis, & Pſalmis Ferialibus uſque ad Capitulum; à Capitulo autem de Dominica ſeq. ùt ibid. ac propr. locô, nec non cum *Suffragijs* in Veſp. ac *Precibus Dominicalibus* ad Completor. & *Col. Vir*: niſì alicubi currat aliqua Octava; tunc enim omittuntur Suffragia, ac Preces, Colórque ſequitur qualitatem Octavæ, cujus eti
fit Commem. in Veſperis, hodie
cendis tunc usque ad Capitulum
*Die infra Octavam* (ſi nempe ali
hodie factum fuerit de *Octav*
Capitulo autem de Dominica.

Ubi Feſtum Ss. Coſma,
Damiani habet Ritum Duplice
ibi, ſi occurrat in Dominica, in
diernis Veſperis (de ipſis integr
cendis) fit de Dominica tantùm Co
memoratio, & poſt eam de Die i
fra Octavam, ſi quæ alicubi cu
*Col. Rub.*

27. Ss. Coſmæ, & Da
Mm. Semidupl. *Col. Rub.* Si h
occurrat Dominica, Feſtum ho
num Ss. Coſmæ, & Damiani,
non habet Ritum Duplicem, tra
fertur in Diem, Feſtô 9. Lection
non impeditam, ità tamen, ut c
liceat facere *ad libitum* de S. Wen
lao M. (Ss. Coſma, & Dam
ulteriùs tranſlatis) ex Decr. S.R.
de anno 1682. 24. Jan.

Si autem hodierna Die no
occurrat Dominica, tunc hodie
de Ss. Coſma, & Damiano, & i
Offic. quidem omnia dic: ùt in Co
mun. plur. MM. excepta orat. p
priâ. Lect. I. Nocturn. de Scriptu
ra occurrente, niſì ponendum
Initium alicujus Libri S. Scriptu
nondum poſitum. Lect. II. Noctur
utì notantur in proprio loco. In II
Noct. *Deſcendens JESUS de monte &c*
ùt in Communi plur. MM. 1. loco



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ti Reſponſorium Octavum eſt: *Hæc eſt vera Fraternitas &c*, poſitum immediatè ante *Laudes* in Comun. plur. MM. Ad *Laudes* (niſi currat alicubi aliqua *Octava*, aut Feſtum hodiernum Ritum habeat alicubi *Duplicem*) dic: *Suffragia* Sanctorum, & Miſſa, uti notatur hac Die in Proprio Sanctorum cum *Gloria*, ſine *Credo* in Eccleſia univerſali. Orat. 2. *A Cunctis.* 3. ad libitum, at in Societ. JESU, ubi in *Gratiarum Actionem* Confirmatæ &c. &c. indic: Patribus oblatio hodierni Sacri &c, rectè 3. locô dic. Orat: *Pro Gratiar. Actione*, quæ extat in fine Miſſæ votivæ de SS. Trinitate. Vide Arnaud. *Epit. Tr.* 1. *P.* 1. *Tit.* 9. *&* n. 8. Præf. Commun.

Vesperæ in Eccleſia univerſali dic: usque ad Capitulum de Ss. Coſma, & Damiano, ùt in 2. Veſperis plur. MM. à Capitulo verò (niſi cras occurrat *Dominica*, aut alicubi *Feſtum particulare alicujus Regionis*, vel *Diœceſis*, aut currat aliqua Octava) dici poſſunt ſub Ritu Semiduplici de S. Wenceſlao Duce Bohemiæ, ac Martyre, ùt in primis Veſperis unius Martyris, exceptâ Oratione quæ eſt propria, cum Commemoratione præcedentis: cui ſubjunguntur *Suffragia* Sanctorum, & ad Completorium dic: *Preces* Dominicales. *Col. Rub.* Ubi verò Feſtum Ss. Coſmæ & Damiani eſt Duplex, ibi integræ Veſperæ dic: de illis, cum Commemoratione S. Wenceſlai dictô modô ad libitum. *Col. Rub.*

Si cras occurrat Dominica, aut alicubi currat Octava, vel celebretur Feſtum particulare in aliqua v. g. Diœceſi &c, eô annô, aut locô omittitur S. Wenceſlaus, ubi ille non eſt *Feſtum de Præcepto*; neque (ſecluſo ſpeciali Indulto Sedis Apoſtolicæ) transferri ibi poteſt in aliam Diem non impeditam: ità decrevit S. R. C. 1673. 2. Dec. & 1682. 24. Januar: adeoque in Caſu, quô S. Wenceſlaus incidit in Dominicam, Veſperæ hodiernæ à Capitulo dic: in Eccleſia univerſali de Dominica, cum Commemoratione præcedentis, ac *Suffragijs Sanctorum &c*, ùt ſuprà, nihilque fit eô annô de S. Wenceſlao. Ubi verò S. Wenceſlaus eſt Feſtum Semidupl. *de Præcepto* (uti Viennæ) ibi occurrens in Dominica, transfertur; at ubi ejus Feſtum eſt *Duplex de Præcepto*, ibi hodie integræ Veſperæ dic: de illo, cum Commemoratione præcedent. niſi ipſe in ejusmodi loco ſit Duplex 1. aut 2. Claſſis; tunc enim de Feſto *Semiduplici* præcedente nulla fit Commemorat. *Col. Rub.*

Si craſtina Dies alicubi, aut aliquando ſit prima Dies menſis non impedita Feſtô 9. Lectionum &c, tunc poſt Veſperas hodiernæ Diei dicuntur Veſperæ Defunctorum modô ſuprà Die 18. Januar. in fine, ac alibi allegatô.

28. S. Wenceslai Ducis Bo-

hemiæ, & Mart: In Eccleſia univerſali *Semidupl. ad libitum*, cum *Suffragijs* in I. Veſperis, ac Laudibus, *Precibúſque Dominicalibus* ſuô locô. *Col. Rub.* Si hodie occurrat Dominica, aut alicubi currat Octava, vel celebretur Feſtum aliud particulare in aliqua Religione, vel Diœceſi, tunc ubi hoc Feſtum non eſt *de Præcepto*, eô annô, aut locô omittitur, ità, ùt ſine *Speciali* Sedis Apoſtolicæ *Indulto* per decreta S. R. C. ſuprà citata transferri non poſſit in alium Diem. Alijs autem annis, ac locis fit de eo hodie ad libitum ſub Ritu Semiduplic. dicendo in Officio omnia de communi unius Martyris, excepta Orat. quæ eſt propria. Lect. I. Noct. de Scriptura Feriæ currentis, niſì ponendum ſit initium alicujus libri S. Script. nondum poſitum. II. Noct. propr. prout notantur ad finem Breviar. Roman. in Feſtis ad libitum in Parte autumn. In III. Noctur. *Si quis vult poſt me venire*, ùt in Communi unius Martyris 2. locô, juxta Breviaria ac Miſſalia Antuerpienſia; nam quoddam Venetijs 1698. editum aſſignat huic Feſto Evangel. *Si quis venit &c.*

Missa: *In Virtute*, ùt in Communi unius Martyris non Pontif. 1. locô (exceptô 1. Evangeliô: *Si quis vult*, Quod ſumitur ex Miſſa proximè præcdente de Communi unius Martyris Pontif 2. locô) cum *Gloria*, ſine *Credo*. Orat. 1. propr. ùt in fine Miſſal. inter Feſta ad libitum, [...] *Cunctis*. 3. Ad libit. Præfat. Com[...] *Col. Rub.*

Si hodierna Dies alicubi, [...] aliquando ſit prima Dies menſis [...] impedita Feſto 9. Lectionum, [...] tunc hodie poſt Laudes Diei d[...] tur illud Nocturnum Officij Defun[...]ctorum, quod Feriæ currenti co[rre]ſpondet, unà cum Laudibus Off[...] Defunctorum, modô ſuprà Die [...] Januar. in fine, ac alibi declarat[...] ubi etiam de Modô ordinandi [...] Miſſas etiam privatas, quàm [...] vent. in hoc, aliíſque hujus[...] Caſibus, in quibus non fit Offic[...] 9. Lectionum, etiam tantùm ad [li]bitum.

Vesperæ de Dedicatione S. Michaëlis Archangeli ſub Ritu du[...]plici 2. Claſſis in Eccleſia univerſali [...] ſine Commemoratione S. Wence[s]lai, niſì ubi iſte habet Ritum dupli[...]cem; nulla quoque fit Commemoratio Dominicæ hodie occurrentis, bene tamen, ſi quæ cras occurrat. Quòd ſi alicubi S. Wenceslaus ſit *Duplex* 1. *Claſſis*, habebit ille in[te]gras etiam 2. Veſperas, cum Commemoratione tantùm de S. Michaële: ſi autem idem S. Wenceslaus ſit Duplex 2. Claſſis integræ Veſperæ erunt de S. Michaële, & Commemoratio ſolummodo fiet de S. Wenceslao juxta *Rubricam General.* [...] *Breviar. de concurrentia. n. 2.* Quòd ſi alicubi S. Michaël ſit *Duplex* 1. *Claſ-ſis*,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſo, excludit Commemorationem non ſolùm Feſti Semiduplicis, ac Dominicæ hodie occurrentis, ſed etiam Feſti duplicis hodie celebrati, niſi id fuerit 1. aut 2. Claſſis: fieri tamen etiam in tali loco debet hodie, & cras Commemoratio Dominicæ cras ſubſequentis. *Col. Alb.* Quomodo autem ordinandum ſit Officium de S. Michaële per Octavam, ubi tanquá *Patr.* *Tit.* celebratur cum Octava, quoad Lectiones II. & III. Nocturni, vide in Octav. Rom. fol. 93.& ſeq.

29. DEDICATIO S. MICHAELIS Archang. Dupl: 2. Claſſis in Eccleſia univerſali. *Col. Alb.* In *Officio* omnia, utì notantur in propriô locô. Quòd ſi veniat in Dominica, fit 9. Lectio de Dominca, cum ejus Commemoratione in utriſque Veſperis, ac laudibus. Quòd ſi tamen occurrat hoc Feſtum in Dominica, tunc (ùt notat hîc Gavant.) omnino convenit, ut Octavæ Lectioni jungatur nona, utpote in qua ſola agitur de Angelis. Benedictio 8. eſt: *Quorum Feſtum colimus &c*; quia inquit idem Gavantus, eſt Feſtum omnium Angelorum, ùt ex Oratione, & Lectione 4. ac ſeqq. conſtat; quia, nempe hæc Dedicatio in Monte Gargano eſt facta in S. Michaëlis, & Angelorum memoriam, ùt expreſsè dic: in Lectione 6. Feſti Apparitionis 8. Maij.

*Miſſa*, propria cum *Gloria*, & *Credo* (per totam Octavam, ubi tanquam Feſtum *Titulare*, ſeu *Patrocinij* celebratur cum Octava) necnon cum Commemoratione *Dominicæ*, ſi quæ hodie occurrat, ejúsq; Evangelio in fine. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

In II. *Veſperis* fit Commemoratio S. Hieronymi Presbyt. Confeſſ. & Eccleſiæ Doct. (pro qua Antiph. *O Doctor optime &c* in utriſque Veſp. & Oratio propria) necnon *Dominicæ* hodie occurrentis, aut cras ſubſequentis. *Col. Alb.* Quòd ſi S. Hieronymus alicubi habeat Ritum duplicem 1. Claſſis, totæ hodiernæ Veſperæ erunt de illo, cum Commemoratione de Dedicatione S. Michaëlis, & Dominicæ cras ſubſequentis, non autem Dominicæ hodie occurrentis. *Col. Alb.* Lectiones dicendæ in II. & III. Nocturn. infra Octavam, ubi S. Michaël Archangel. celebratur cum Octava, extant in Octavario Rom. à fol. 93. herì citato.

30. S. HIERONYMI *Preſbyt. Confeſſ.* & *Eccleſ. Doct.* Duplex minus. *Col. Alb.* In *Officio* omnia dic: ùt in Communi Confeſſ. non Pontif. excepta Oratione, quæ eſt propr. & Lectionibus, quæ in I. Nocturn. ſunt de Libro Eccleſiaſtici: *Sapientiam omnium antiquorum &c.* II. & III. Nocturni propriæ. Reſponſorium Octavum: *In Medio Eccleſiæ*, utì in loc. aut in Communi Doctorum. Si veniat in Dominica, dic: de ea 9. Lectio,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lectio, cum ejusdem Commemoratione in Laudibus, ac Veſper.

*Miſſa* (extans in quibusdam Miſſalibus in Ordin.) *In Medio Eccleſiæ*, ùt in Communi Doctor. cum *Gloria* & *Credo*. Oratio (etiam Secreta, ac Poſtcommunio) propria. Si veniat in Dominica, fit hujus in Miſſa quoque Commemorat: & legitur de eadem in fine Evangel. Præf. Commun.

Ubi celebratur hoc Feſtum cum Octava, Lectiones II. & III. Nocturn. dic: per Octavam, uti notantur in Octavario Romano à fol. 399.

In II. *Veſperis* (in quibus Antiphona ad Magnificat: *O Doctor &c:* reliqua verò ùt in 2. Veſper. Conf. non Pontif.) fit Commemoratio de S. Remigio Epiſcop. Confeſſ. pro qua Antiphona Verſ. & Oratio (*Da, quæſumus &c*) ſumuntur ex I. Veſp. de Communi Conf. Pontif. Quòd ſi hodie, vel cras occurrat Dominica, tunc Commemorationi S. Remigij præmittitur Commemoratio de Dominica. Eidem Commemorationi de S. Remigio præmittitur Commemoratio de B. V. in Sabbato, ſi cras occurrat Sabbatum, & in eo Officium S. Remigij non fiat Ritu Semiduplici ad libitum, ſed fiat Officium de S. Maria in Sabbato, de S. Remigio autem fiat tantùm Commemoratio, tanquam de Simplici.

Porrò ubi cras fit de B. V. in Sabbato, aut extra Sabbatū de S. Remigio Ritu ſolummodo *Simplici* (quod habet de *Præcepto* in Eccleſia univerſali, ita tamen, ut in eadem celebrari poſſit ſub Ritu *Semiduplci ad libitum*, quoties non venit in Domin: nec infra Octav. nec alicubi in die, quô celebratur aliud occurr. Feſt. 9. Lect.) tunc hodie poſt Veſperas Diei dictô *Benedicamus*, omiſsô autem Verſu *Fidelium animæ &c*, dic: in Choro *Veſperæ Defunctorum*, ùt ſuprà 31. Auguſt. Quæ tamen Veſperæ Defunctorum hodie non ſunt dicendæ, ſi cras fiat de S. Remigio ſub Ritu *Semiduplici*, etiam tantùm *ad libitum*, aut de *Dominica*, vel alio *Feſto 9. Lection.*

Quòd ſi cras occurrat *Dominica*, aut alicubi currat aliqua *Octava*, vel fiat de alio *Feſto particulari* in aliqua Religione, aut Diœceſi, tunc juxta Decreta S. R. C. Superiùs allegata eô annô, aut locô nequit quidem fieri Ritu *Semiduplici ad libitum* de S. Remigio, debet tamen tunc adhuc fieri etiam eô annô, ac locô de illo Commemoratio in hodiernis Veſperis, ac craſtinis Laudibus, & Miſſa (nisi aliud quid obſtet alicubi) & dici de eodem S. Remigio etiam 9. Lectio in Officio ejusmodi Dominicæ, aut Feſti, tanquam de Simplici de Præcepto.